



LEBEN
3
9



D. 2111

1) S. R.

2) Hesselheim

3) Gratianus (2)

4) Theriotus

2
JOHANNIS
HESSELBEINII FRANCO-
bergensis Theol. D. Pastoris & Inspe-
ctoris Ecclesiarum A.C. in du-
catu Clivensi,

DISCURSUS
THEOLOGICUS,

Quo

θεολόγως καὶ λογικῶς

QUÆSTIONES ALIQUOT,
DE ADORATIONE RELIGIOSA CAR-
nis Christi, de merito Christi, de præde-
stinatione Sanctorum,

Traduntur & examinantur

contra

MATERNUM HEYDERUM,
Basileensem Theol. D. Pastorem Duis-
bergensem.



GIESSÆ,

Excudebat CASPARUS CHEMLINUS.

Anno cIo Io cXIII.



Admodum

REVERENDIS ET
CLARISSIMIS VIRIS,

- Dn. Johanni Winckelmanno,*
- Dn. Balthasari Mentzero,*
- Dn. Leonhardo Huttero,*
- Dn. Balthasari Meisnero,*

Sacrosanctæ Theologiæ Dd. & Pro-
fessoribus celeberrimis in Aca-
demiis, Wittebergensi & Gief-
fensi,

*Fratribus in Christo unice colen-
dis & venerandis.*





REVERENDI ET CLARIS-
simi Viri,

ROPOSUERAM quidem
breves illas dissertationes di-
sputationi cuiusdam oppositas,
quam Maternus Heyderus
Calvinista Duisbergensis pro Doctoratus
gradu habuit in Academia Marpurgensi,
intra privatos parietes retinere, & viro il-
li, qui, ut audio, non semel, sed iterum atque
iterum me meaque scripta visis (ut fert ho-
rum hominum natura) refutare conatus
est, non multum negotii creare, periculo-
sum quippe irritare crabrones, & homini
irato obstrepere. At enim vincor moni-
tis magnorum virorum, quorum authori-
tas apud me plurimum valet, & apud o-
mnes peraeque valere debet, ut patiar eas-
dem juris fieri publici: idque eo magis, cum
sciam theses Maternianas in Clivia nostra
ab adversariis pro singulari deposito habe-

A 2 ri. Et

ri. Et sanè piaculum esset, si non obtemperarem hisce meis fautoribus! Nam cum de Deo res agitur, non levis reatus est, si, quod ad salutem pertinet, reticeatur. Ea propter ea, ut Dominus dedit, malui scribere, quàm omnimodè reticere, ne silendo aut aestimarer iniquus, aut de fidei nostra sinceritate viderer ambiguus.

Hoc verò, Reverendi & Clarissimi Viri, quodcunq; est, vestris nominibus inscribo, cum exploratum habeam, quo fervore ac dexteritate puram & orthodoxam nostram confessionem contra quosvis Antagonistas & fanaticos ex verbo Dei propugnatis. Outinam multis hoc tempore, quo Ecclesia sub hostium partim aperto Marte, partim clandestino stratagemate militantium oneroso jugo sudat & gemit, cæleste afflaret numer, ut præclara vestigia vestra attingere saltem queant, in Dei gloriam & Ecclesie salutem! Opus hic erit nominis divini invocatione; opus meditatione ac lætione perenni; opus labore indefesso; opus lucubrationibus vestris exquisitissimis,

opus

DEDICATORIA. 5

opus aliorum doctorum virorum scriptis:
opus lectione adversariorum; Et, quod rei
caput est, opus sanctorum bibliorum quoti-
diana evolutione, eorumq; qua orthodoxi
veteres egregie disputarunt, concionati &
meditati sunt.

Accipite quod offero sereno vultu, me-
que vobis habete commendatum. Valet
in Domino Iesu. Vesalia. Clivorum pridie
Ascensionis Domini, Anno quem enumerat
gravis sententia: *CHRISTVS DOMINA-
tVR.*

V.V.V.V. R.R.R.R. D.D.D.D.

unicè observans

Johannes Hesselbeinius D.

A 3

Præcla-



Praeclarè scribit Cyprianus de simplicitate
praelatorum pag. 343. corruptores Evangelii
atque interpretes falsi extrema ponunt, &
superiora prætereunt, partim immemores
partim subdolè corrupentes,

Hoc jam non deducam fusius. Videbis id ipsum
in calvinistarum discursu, quando agunt de merito
Domini ac salvatoris nostri Jesu Christi & de aliis.
Bone Deus, ut corrumpunt scripturæ testimonia!

Idem egit Maternus Heyderus in sua, quam pro
gradu Doctoratus habuit, disputatione; in illis
quidem ubi contra nostros calamum stringit; sed
rectè, sed astutè, sed frustra.

Id quod demonstrabo stylo brevi & facili, in-
choaturus à tergo argumento de adoratione
religiosa Domini ac Regis nostri J.E-
SU GHRISTI. Sic

ago.



DISPU-



DISPUTATIO PRIMA

DE

QVÆSTIONE I.

AN HVMANA NATVRA
Domini ac salvatoris nostri IESV
CHRISTI uno adorationis religioso cul-
tu cum filio Dei, à quo in unitatem perso-
na assumpta, propter unionem hy-
postaticam adorand-
da?

II.



FFIRMANT Orthodoxi: ne-
gant adversarii, & quotquot
de pontificiis cum illis senti-
unt. Non autem hîc sibi con-

stant, rapti scilicet in opiniones varias, quod o-
stendam.

III.

I. Quidam enim errant circa SUBJE-
CTUM, statuendo non carnem Christi, sed
Deum manifestatum in carne adorari.

Ita Iohannes Piscator in comment. super 4.

A 4 caput

caput Matth. pag. 19. falsum docent, inquit, qui tradunt adorandam esse carnem Christi, quippe cum certum sit, carnem Christi non esse Deum, licet sit caro Dei, nempe filii Dei personaliter ei unita. vide Bez. in conspici. pag. 91. Sohn. in Exeg. August. Confess. pag. 424. & seqq. Dana. in Exam. libri Chemn. de duabus natur. fol. 1447. operum.

2. Quidam circa prædicatum, asserendo Christum adorari non ad modum adorationis, quæ Deo propria est, sed ad modum alicujus REVERENTIÆ seu HONORIS, qui sit infra Deum.

Ita scribit Matth. Martinus in tract. suo contra D. Mentzerum pag. 86. Si quæras, an sit humana Christi natura adoranda? affirmo. Si quæras, an sit adoranda, ut Deitas? seu adoratione Dei? Nego. Adorationem igitur Christi intelligo in genere de HONORE seu REVERENTIA, quæ exhiberi dicitur Christo. vide Marc. Beuml. in hypotyposi lib. 3. pag. 150.

3. Quidam circa Medium, concedendo nimirum humanam Christi naturam uno adorationis cultu adorari cum Filio Dei: hoc autem fieri per unionem personalem, non verò per communicationem idiomatum.

Ita quidem Hieron. Zanch. lib. 2. de Incarnat. verbi tom. 8. fol. 199. ait: causam cur caro
Chri-

Christi adoranda sit, non esse realem idioma-
tum communicationem, sed unionem hypo-
staticam, jubente concilio Ephesino.

4. Quidam circa totam quæstionem isti-
usmodi utuntur loquendi genere, ut ferè iures
eos benè sentire.

*Sic enim Amand. Polan. part. 1. syllog. thes.
theolog. p. 133. Caro, inquit, quæ secundum sui
naturam inadorabilis est, adoratur in Incarna-
to Deo, non propter seipsam, sed propter uni-
tum sibi secundum hypostasim Dei Verbum.
Et non dicimus, quod carnem adoremus nu-
dam, sed carnem Dei, id est, INCARNATUM
DEUM: atque hæc est unica illa adoratio, qua
Deus & Homo, id est, Verbum incarnatum,
utpote unus existens Filius Dei non absque sua
carne, sed unà cum illa adorandus est.*

IV.

Jam informanda est quæstio distinctè, ne
locus effugiendi remaneat.

1. Quæritur, non quidem an Deus In-
carnatus adorandus, sed an Caro Dei incarna-
ti adoranda?

2. Eo adorationis genere, quo ipsemet
Filius Dei à quibusvis sanctis in triumphante
& militante Ecclesia adoratur?

3. Idque propter unionem personalem,
& realem omnipotentia, omniscientia alio-

A S rum,

rumque idiomatum, quibus ceu fundamento religiosa adotatio nititur, communicationem?

4. Quod quidem nos scripturis edocti affirmamus: Negant Piscator, Beza, Danaus, Sohnius, Martinus, Beumlerus, Zanchius, quos paulò antè notavimus.

5. Unde nova oritur quæstio: an, qui hypotheses amplectuntur directas contra communicationem idiomatum, possint contra Piscatorem, Bezam, Danæum &c. affirmare, carnem Christi unà cum λόγῳ propter unionem hypostaticam adorari, quemadmodum quidem Polanus verbis contendit?

6. Deducam thesin ad hypothesin. Queritur num idem affirmare possit Maternus?

Sic autem scribit Q. 6. Quodnam sit religiosæ adorationis objectum? Filius DEI adorandus est in & cum carne. Verbum namque non existit absque sua carne, hancque cum in æternum non deponat, nec in adoratione ab ea separandum est. Licet verò caro simul adoretur propter ipsi conjunctam & unitam Deitatem Verbi, non tamen καθ' ἑαυτῶν nec δι' αὐτῶν adoratur: quia sola Deitas CHRISTI, non autem caro est
pro

proprium adorationis objectum, ex Damasc. lib. 4. cap. 2. Ex synodo Ephes. anath. 8. defens. 8.

7. Jam accedo ad thesin: Quæritur, an caro Filii Dei una adoratione religiosa adoranda cum Filio Dei, à quo in hypostasim assumpta est, ita quidem, ut verum & genuinum hujus adorationis principium sit unio hypostatica, hoc est, ut caro simul adoretur propter ipsi conjunctam & unitam Deitatem Verbi?

Affirmamus nos: affirmas Maternus cum Polano. Nos orthodoxè & candidè: Maternus cum Polano, aliisque, si quos habet colludentes, minus rectè & callidè: quod *ξω* *ξω* demonstrabo.

V.

Hic esto syllogismus.

Quæcunque affirmatio tenet 1. contradictionem. 2. rectam fallaciam. 3. perversionem status. 4. Et everisionem principiorum: illa non rectè incedit. Talis est affirmatio Materni. Ergo &c. Propositionem non probabo. Quis enim feret affirmationem sibi contradicentem, fallentem, statum pervertentem & evertentem principia?

Assumptum probabo sigillatim ac distinctè.

I. Ma-

I. Maternus affirmat, carnem Christi adorari propter ipsi coniunctam & unitam Deitatem. Quod per se verissimum est: in adversariorum verò schola non caret contradictione, quod ostendam.

1. Scribit, EUM ADORANDUM, IN QUEM ET CREDIMUS. Benè habet. Idipsum notat Apostolus *Rom. 10. v. 14.* quomodo invocabunt, in quem non crediderunt? Et constat fidem & adorationem esse *ἐν τῶν θεῶν ἡ, οὐδ' ἀμυνίως* inter se devincta, ut in quem credimus, hunc ipsum adorandum esse dubitare non debeamus.

2. Negat autem cum complicibus in Christum secundum humanam naturam credendum, hoc est, in humanitatem Christi per & propter unionem personalem fiduciam esse ponendam: Hic enim de fide, non, ut est notitia, sed, ut est fiducia, differitur, ut constat.

3. Neque improbare potest emblemata Lamberti Danæi, quod est in *examine lib. Gemmit. pag. 417.* Maledictus (ait Propheta ex ipsa Dei persona loquens) vir ille, qui fiduciam habet in homine, & statuit carnem brachium suum, *lerem. 17. v. 5.* Caro Christi est vera caro, & Homo Christus verus Homo:

Qui

Qui autem religioso cultu quempiam hominem adorat, ille fiduciam suam collocat in eo, quem ita invocatur & adorat. Quare qui ad ipsam Christi carnem suam adorationem & invocationem dirigit, is ex ipsius Dei ore maledictus est.

VII.

Cæterum, ut conclusionis meæ medulla videatur, operæ erit pretium, ut ad distincta respondeatur distinctè.

1. Quæro: Credisne carnem Christi per & propter unionem personalem esse omnipotentem, omnisciam? Credis? Ergo contradicis i. omnibus & singulis tuis, qui unanimi mente ac voce negant, carnem Christi per & propter unionem hypostaticam esse omnipotentem, omnisciam &c. 2. Contradicis tuis Marpurgensibus, à quibus tamen Theologiæ candidatis abire vix concedetur. 3. Contradicis & Tibi. Sic enim quæstione 10. de operationibus *Ἐκ τῆς ἰσχυρίας* disseris, ut virtutem activam soli divinitati acceptam feras & Humanitati nihil præter puram-putam passionem adscribas.

2. Quæro: credisne fiduciam esse collocandam in non-omnipotente, non-omniscio? Credis? Ergo obstrepis i. scripturis, quæ arctissime constringunt fiduciam orantium cum

Jeho-

d-
ei-
er-
o-

IN
di-
no-
Et
egs
em
ita-

s in
cre-
per
esse
no-
on-

ema
lib.
heta
idu-
bra-
ti est
omo:
Qui



Jehovæ omnipotentia. *Psal. 46.* Deus noster refugium & virtus: adiutor in tribulationibus, quæ invenerunt nos nimis: propterea non timebimus. *Psal. 18. v. 6. Psal. 3. v. 7.* 2. Enervas argumenta, quæ opponimus idololatriæ Pontificiæ, quæ eò redeunt: Si sancti religiosè adorandi sunt, sunt etiam omnipotentes, omniscii. Hoc verò non est. Ergo nec illud. 3. Et tollis *ἀξίον*, quæ inter fidem & omnipotentiã intercedit: fides quippe refertur ad promittentis omnipotentiam, omnipotentiã ad fidem. Negatã omnipotentiã equomodo constabit fides seu fiducia? Negato uno relatorum tollitur alterum, puta, in hac natura respectiva.

VIII.

Accedo jam propius & quæro: Credisne fidem seu fiduciam referri ad adorationem religiosam? Quod rectè affirmas: Huic soli deberi adorationem religiosam, in quem & credimus, *Rom. 10. v. 10.* Ergo attende.

1. Fiduciam refers ad adorationem religiosam.
2. Et refers fiduciam ad omnipotentem.
3. Et nihilominus negas cum tuis, Christum, ut hominem, vel, si mavis, Humanitatem Christi per & propter unionem hypostaticam esse omnipotentem, omnisciam. Unde *περίοματα.*

1. Ne-

1. Negas humanam Domini nostri naturam esse omnipotentem propter unionem personalem. Ergò negas in humanam Domini nostri naturam propter omnipotentiae defectum credendum. Fiducia enim fundatur in omnipotente.

2. Negas in humanam Domini nostri naturam propter omnipotentiae carentiam credendum. Ergò negas humanam Domini nostri naturam propter unionem personalem, vel propter ipsi coniunctam & unitam Deitatem Verbi esse adorandam.

3. Affirmas autem cum Polano, carnem Christi adorari propter ipsi conjunctam & unitam Deitatem Verbi. E. affirmas & negas idem, quod est contradictorium. IX.

Neq; hinc valebunt exceptiones.

1. Inquies: carnem Christi non per se, sed propter unitam Deitatem Verbi adorari.

RESPONDEO I. Ita est. Orthodoxè enim *Damas. lib. 4. de orib. fide c. 2.* adoratur una adoratione cum sua carne ab omni creatura, *cap. 3.* adoratur in incarnato Deo Verbo, non propter seipsam, sed propter conjunctum ipsi secundum hypostasim Deum Verbum: Et non dicimus, quod carnem adoramus nudam, sed carnem Dei, id est, incarnatum Deum.

2. Maximè igitur procedit: Caro Christi
ado-

adoratur, quatenus est Filii Dei caro: Ergo adoratur. Haec enim ab est tertii adjecti ad est secundi adjecti valet argumentatio: Et *falsus est Piscator, scribens super 4. caput Matth. pag. 44.* Adorandus est Deus manifestatus in carne: sed caro ejus adoranda non est.

3. Quare progredere in hunc modum: Quomodo caro Christi adoratur, eo etiam modo est omnipotens. Adoratur autem non modo naturali, sed personali: non propter essentiae seu naturae suae principium, sed propter unionis personalis mysterium. *Damasc. ib. 4. de orth. fid. c. 2. 3.* Ergo eo modo omnipotens est, puta, non modo naturali, sed personali, non propter naturae suae principium, sed propter unionis hypostaticae mysterium.

4. Jam applica ad praesens institutum. Tu negas: carnem Christi modo personali propter stupendum unionis personalis mysterium esse omnipotentem. Ergo similiter negas carnem Christi propter ipsi conjunctam & unitam Deitatem Verbi adorari. Hoc autem affirmas. Ergo ponis ac tollis idem, quod est contradictorium.

X.

II. Inquies cum Zanchio: aliam rationem esse adorationis atque omnipotentiae, quippe cum omnipotentia Dei $\pi\alpha\delta\theta$, adorationis ratio

ratio verò externus hominum effectus habeatur.

RESPONDEO I. Hoc nihil est. Quasi in hoc argumento, quando nimirum differitur de adoratione, relata ad Deum, adoratio fundata sit in hominibus Deum adorantibus: Quæstio enim non de homine adorante, sed de Verbo incarnato adorando: Neque quæstio de adoratione, actu secundo; sed adorabilitate, actu primo.

2. Et, precor, quis in Theologia adeò peregrinus, qui nesciat adorationem Dei adorari vel adorandi, sive primum sive secundum spectes actum, haberi loco *ἰδίῃ κατ' ἀναλογίαν*? Quamvis, si *ἀκριβῶς*, propriè ac sobriè loqui velimus, in Deum non cadat *παράθεος*, ubi omnia simul, omnia in actu, nihil in potentia, omnia à priori, nihil à posteriori.

3. Hoc non dissimulat Piscator, quando in commentatio ad 4. capit. *Matth. pag. 94.* argumentatur contra adorationem carnis Christi: Est, inquit, adorabilitas non minus proprietas Deitatis, quam omnisciëntia, omnipotentia, omnipræsentia, æternitas.

4. Neque tamen potes aliter. Hæc enim asseris.

1. Adorationem soli Deo deberi *Deut. 6. v. 13. Matth. 4. v. 10.* quod *ἰδίον τῷ Θεῷ*,

B

2. Eam-

2. Eam ipsam deberi patri *Esa. 49.* quod ἰδιον ἔσται πατρὸς.

3. Eam ipsam deberi Filio *Heb. 1.v.6. Ioh. 9.v.38.* quod ἰδιον ἔσται υἱοῦ.

4. Eam ipsam deberi verbo incarnato, & eadem adorari carnem Christi propter unionem ad Deitatem Verbi.

5. Ergò 1. asseris in schola Theologica adorationem esse propriam κατὰ Θεοῦ Dei, si ita loqui liceat. 2. Et hoc ipsum attribuis carni Christi propter unionem ad Deitatem. 3. Detrahis autem cum tuis propter eandem causam carni Christi omnipotentiam, in qua tamen, quemadmodum dixi, adoratio fundatur. 4. Ergo ponis fundatum sublato fundamento. Quid hoc, Materne?

6. Aut igitur concedenda communicatio omnipotentiae propter unionem personalem: aut negandum cum Lamberto Danæo, Piscatore, Beza & aliis, carnem Christi propter unionem personalem una adoratione, cum Filio Dei adorari: aut fingendum contra omnem scripturam, adorationem esse duplicem cum Beumlero, Sohnio, Martinio & Iesuitis.

7. At enim una Materno arridet adoratio, quæ est ἡ λόγος & τὸ ἑστὸν λόγος (σάρκός): atque eam tribuit carni, non κατὰ ἑαυτὴν, nec δι' αὐτὴν, sed

sed propter ipsi coniunctam & unitam Deitatem λόγος. Credit autem humanam naturam propter unionē personalem esse adorandam, non verò similiter propter eandem causam esse omnipotentem: atque hoc est contradictorium. Id quod erat demonstrandum! Hactenus de primo membro syllogismi: progredior ad secundum.

XI.

II. *Materni argumentatio seu affirmatio tenet tectam fallaciam, quam detegam.*

Ita scribit: Et hic adorandus est in & cum carne. Verbum namque non existit absque sua carne, hancque cum in æternum non deponat, nec in adoratione abs ea separandum est. Licet verò caro simul adoretur propter ipsi coniunctam & unitam Deitatem Verbi, non tamen καθ' ἑαυτῶν neque δι' ἑαυτῶν adoratur: quia sola Deitas Christi non autem caro est proprium adorationis obiectum. Quæ quidem non carent fucō, si explicatius evolvantur.

I. Inquis: Filium DEI esse adorandum in & cum carne. Ita est. Licet autem bona cum pace sciscitari & quærere: An ex animi tui sententia faris, ipsam

τὰ λόγῳ carnem unâ cum λόγῳ una eademque adoratione, quæ Dei propria est, verè adorandam. Displicetne Piscatorianum illud *in comment. super 4. caput Matth. pag. 94.* Adorandus est Deus in carne manifestatus, sed caro ejus adoranda non est. Sicut civiliter adoratur Rex in capite gerens coronam vel diadema, sceptrumve manu tenens: ac interim nec corona, vel diadema, nec sceptrum adoratur? Et hoc Bezanum *in conspiciell. pag. 91.* Sicut qui regem coronatum & purpuratum civiliter honorat, coronam ac purpuram ab honore non excludit, quamvis ad eas illum honorem, ut ad objectum in sese & per sese, non referat?

2. Notabis hîc tria, ad quæ te poteris resolvere, ut certius sciam, quomodo tecum in hoc argumento congruere valeam.

Primum est de sententia Piscatoris: quæ si tibi placuerit, cuius in proopatulo est fallacia in verbis tuis: Caro simul adoratur. Adoraturne simul caro cum Verbo in oratione Piscatoris? Ne-minimum.

Alterum est de sententia Bezæ. Placétne? Si placet, necessum est, ut amplexeris argumenta Danæi, in quibus expoliendis & incrustandis Beza sudat vehementer, quemadmodum videre est in discursu contra Danielem.

lem Hofmannum. Rursum apparebit fallacia in phrasi tua: **Caro simul adoratur.**

Tertium esto disjunctum: Caro Christi in sententia Materni, aut adoratur simul cum Verbo, ita quidem, ut vera cordis fiducia tendat ad ipsissimam carnem: aut non simul adoratur, atque ita, ut fiducia resideat in sola Deitate, non autem simul tendat ad humanitatem in unione personali consideratam. Si placet prius, hærebit in contradictionis nasla, quemadmodum suprà ostendimus. Si posterius, fallit & fallitur cum suo: **Caro simul adoratur.**

XII.

II. Inquis: carnem simul adorari propter ipsi conjunctam & unitam Deitatem Verbi, non tamen καθ' ἑαυτήν nec δι' αὐτήν adorari.

1. Primam hujus sententiæ partem amplector. Nemini enim dubium & obscurum, nostros Theologos ad eundem planè modū pronunciare, Carnem simul adorari propter ipsi conjunctam & unitam Deitatem.

2. Neque alteram repudio. Afferimus & nos, carnem Christi non καθ' ἑαυτήν nec δι' αὐτήν adorari.

3. At enim cum mihi res sit cum Mater-

B 3

no Pa-

no Pastore Duisbergense, parum aberit, quin dolus teneatur sub lingua, quemadmodum sæpissime fieri consuevit. Sic igitur agam.

4. Lubet quærere: Dic mihi, quid sibi velint voculæ κατ' αὐτὸν, δι' αὐτὸν? an notant causam, rationem, seu principium, cuius causâ caro Christi adoranda? ut sensus sit, carnem Christi non ex sese, per sese, propter naturæ suæ principia, adorari? Benè habet? Nemo ex nostris refragatur, quorum una mens, una vox, confessio una, carnem Christi adorandam esse propter solam personalem unionem, non autem propter naturæ suæ principia, quippe quæ nihil valeant ad effecta infinita, quæ in humana Filii Dei natura coruscant. Valent hîc axiomata Philosophorum: 1. Quale principium, tale principium. 2. Ergo finitum dat finitum. 3. Et effectus non excedit virtutem suæ causæ.

An verò digitum dirigis ad ipsam carnem, quatenus nimirum in prædicatione (caro Christi non κατ' αὐτὸν adoranda est) tenet locum subiecti axiomatici, ut vocant, atque sic arguis: caro adoratur, quamvis non IN SE SE & PER sese, quemadmodum Beza in suo conspicillo defendit Danæum similitudine purpurata de purpura, diademate aut sceptro regis: Quod idem esset ac si quis dicat: Carnem Christi adorari propter unitam sibi Deitatem, &

tamen propter hanc causam non adorari: Ac si quis ineptiret in hunc modum: Corpus humanum vivit propter unitam animam: Cave tamen arbitreris corpus humanum vivere. En fucum palpabilem? XIII.

Neque hic valebunt exceptiones.

II. Inquies cum *Beza loco citat. pag. 91.* Sola tamen Deitas non autem caro est proprium adorationis obiectum.

RESPONDEO I. Non nego solam Deitatem esse PROPRIUM adorationis obiectum. Quis dubitat Deum καθ' ἑαυτῶν per se & respectu sui adorandum, juxta illud: Dominum Deum tuum adorabis & illi soli servies? *Matth. 4. v. 10. Deut. 6. v. 13.*

2. Adde hoc: Quamvis sola Deitas proprium sit adorationis obiectum, nihil tamen obstare, quominus humana natura δατέρας propter unitam & coniunctam sibi Deitatem sub unam eandem adorationem τῆ λόγῃ veniat: Et hoc est, quod pia antiquitas credidit ac docuit expressissimè.

3. Sic enim *Cyrillus de recta fide ad Reginas citans dictum Athanasii*: Confitemur esse Christum Filium Dei & Deum secundum spiritum, filium hominis secundum carnem, unum filium, duas naturas, non quidem quod una adoretur altera non adoretur, sed unam naturam Dei

Verbi incarnatam & adorabilem una adoratione.

4. *Chrisostomus hom. 5. in cap. 2. ad Heb.* Revera magnum est & admirabile, stupore plenum, carnem nostram sursum sedere & adorari ab Angelis & Archangelis & Cherubin & Seraphin. *confer. Theophil. in cap. 2. Ephes. Oecum. in 1. cap. Ephes. Cyrill. de recta fide ad Theodos. concil. Ephes. can. 8.*

II. Inquies *cum Beza* humanitatem ab adoratione non semoveri, quamvis non in se & per se adoretur.

RESPONDEO. I. Hic nihil certi habere possum. Si negas simpliciter *cum Beza & Piscatore*, carnem Christi propter unionem personalem adorari, vel falsum dicis, vel tibi non constas, vel saltem in verbis tuis alis fucum.

2. Ut igitur apprimè sciam tuam mentè, dic ingenuè, rotundè ac perspicuè, an tibi placeat *argumentum Piscatoris*: Cum solus Deus adorandus sit, falsum docent, qui tradunt, adorandam esse carnem Christi: quippe cum certum sit carnem CHRISTI non esse Deum, licet sit caro Dei, nempe Filii Dei, personaliter ei unita. At personalis unio divinæ & humanæ naturæ in Christo non tollit aut confundit earum proprietates, sed salvas relinquit. Est autem adorabilitas non minus pro-

prietas

prietas Deitatis, quàm omniscientia &c. Ha-
ctenus Piscator.

3. Vel, an tibi placeat *explanatio Bezana*
pro sententia Dani in conspici. pag. 91. quæ
sic habet: Quid aliud docet Danæus, quàm
hoc ipsum? Nempe non esse quidem dividen-
dum Christum in adoratione, & proinde
Verbum & Hominem unica adorari adora-
tione, quoniam homo iste est Deus: sed distin-
guendas tamen esse naturas, ut in unione, sic
etiam adoratione, ideoq; humanitatem Chri-
sti non esse hujus adorationis objectum, cum
humanitas non sit Deitas.

4. Hæc igitur pono. 1. Humanitatem
non excludi ab adoratione. 2. Sed ita includi,
ut simul adoretur. 3. Idque non per sese & in
sese. 4. Et tamen per sese & in sese, hoc est,
verè & realiter. Nihil hîc paradoxo, si eo, quo
par est, candore evolveris terminos, sub qui-
bus latet adversariorum virus & stratagema.
*Oportet nos ab omni parte esse vigiles propter su-
pinam horum hominum vasritiem.*

XV.

III. Inquies: Unde hæc, quæ ponis, pro-
babuntur? Itane credidère ac docuère ortho-
doxi veteres?

RESPONDEO I. *Primum suggerit Athanas.*
or. 5. contra Arianos, sic scribens: Neque istius-

B 5

modi

modi corpus seorsum separatum à λόγῳ adoratione prosequimur, neque λόγον adoratum λόγον à carne longè seponimus, sed cum sciamus, verbum carnem factum esse, illud tam in carne situm Deum agnoscimus. Quis igitur tam vecors est, ut Domino ita loquatur: absiste à corpore, ut te adorem? aut quis ita impius est, ut cum Judæis propter corpus dicat ei: cur tu, cum homo sis, Deum te facis:

2. *Alterum suggerit rursus Athanasius orat. citata*, quando sic disputat: Quod cum ita se habeat, qui fieri posset ut corpus Domini undiquaque sanctissimum ab Archangelo evangelizatum, à spiritu sancto formatum, amiculumque λόγῳ DEI NON SIT ADORABILE? Cum λόγῳ & manum suam corporalem extendens sanaverit febricitantem, vocem humanam edens excitaverit Lazarum, manibus in cruce protēsis principem aëris prostraverit.

3. *Tertium suppeditat Damascenus lib. 3. de orth. fid. cap. 8.* Unus Christus Deus perfectus & homo perfectus, quem adoramus cum Patre & Spiritu una adoratione. Neq; in adorabilem carnem esse dicimus: Nam adoratur in una verbi hypostasi, quæ & ipsi hypostasis facta est. Neque creaturam colimus. Nam non

[ut nu-

ut nudam carnem adoramus, sed ut unitam
Divinitati, & ut in unam personam & unam
hypostasim Dei Verbo duæ eius revocatæ sint
naturæ.

4. *Quartum*, quo asseritur, carnem Chri-
sti adorari IN SE SE, hoc est, quemadmodum
suprà ostendimus, reverà, realiter, & in rei ve-
ritate carnem Christi propter coniunctam &
unitam Deitatem adorari, *in ore est universæ
antiquitati. Vide Ambros. de spiritu sanct. lib. 3.
cap. 12. Cyrill. de recta fide ad reginas, & de re-
cta fide ad Theodosium, August. in Psalm 98.
Cassid. in Psalm. 33. Damasc. lib. 3. de orth. fid.
cap. 8. 19. lib. 4. cap. 1. 3. Chrysost. hom. 5. in Epist.
ad Hebr. Theophyl. in cap. 28. Matth. Did. Alex.
lib. 3. de spir. sancto Theodorec. in cap. 1. ad E-
phes.*

Ex quibus constat, te, si velis Bezæ, Piscato-
ris, Danæi, aliorumque, quos exoscularis, os
exosculari circa phrasin: carnem Christi &
αὐτὴν non adorari, fuci alicuius censuram
effugere non posse. Id quod erat demon-
strandum. Hactenus de secundo syl-
logismi membro.

III. Ma

XVI.

III. *Materni affirmatio tenet perversio-
nem status.*

Sic enim scribit: Filius Dei adorandus est *in*
& *cum* carne. Verbum namque non existit
absq; sua carne, hancq; cum in æternum non
deponat, nec in adoratione absque ea sepa-
randum est. Licet verò caro simul adoretur
propter ipsi conjunctam & unitam Deitatem
Verbi, non tamen καθ' ἐαυτήν nec δι' αὐτήν a-
doratur, quia sola Deitas Christi, non autem
caro est proprium adorationis objectum. Sin-
gula resolvam, ut constet lectori, quàm callidè
pervertas statum: quod vestris admodum fa-
miliare.

XVII.

I. Inquis, Filium Dei adorandum esse *in*
& *cum* carne.

RESPONDEO I. Hoc nemo negat. Quis
tam vecors (*loquar cum Athanasio*) ut Domi-
no ita loquatur: absiste à corpore, ut te ado-
rem? aut quis ita impius est, ut cum Judæis
propter dicat ei: cur tu, cum homo sis, Deum
te facis?

2. Nec ratio adducta (Verbum non existe-
re absque sua carne, hancque in æternum non
deponere) quicquam ad rem facit. Hoc enim
probas: Verbum in carne & cum carne ad o-

tali,

rari, cum Verbum & caro invicem sequestrari nequeant. Hoc verò extra omnem controversiam, Filium in & cum carne adorari.

3. Addis, carnem simul adorari propter ipsi conjunctam & unitam Deitatem Verbi. Hæc nostrum est sententia, quam jam facis tuam. *Manifestissimum signum sophisticæ, & apertissimum crimen falsi in statu controversiæ corrumpendo ac pervertendo.*

4. Hoc ut experiare, necessum erit, ut absque ambagibus respondeas ad hoc: Remissitine nuncium Bezæ, Piscatori, Danæo, aliisque tuis de argumento adorationis religiosæ carnis Christi propter unionem hypostaticam? Quod si ita est (ambigo autem) gratulor tibi de agnita veritate, ea tamē lege, ut te ex contradictionis nassa evolvas, quam in primo syllogismi mei membro tibi struxi, puta de communicatione idiomatum.

XVIII.

II. Inquis, solam Deitatem Christi, non autem carnem, esse proprium adorationis objectum.

RESPONDEO. I. Hic vel negas carnem Christi adorari propter unitam ipsi Deitatem; quod tamen paulò antè ore affirmasti. Vide igitur ne tibi contradicas.

2. Vel, hoc vis: adorationem competere Christi

erfo-

st IN

xistit

non

epa-

etur

tem

iv a-

tem

Sin-

llidè

n fa-

Se in

Quis

mi-

do-

lais

um

ste-

non

nim

ho-

ari,

Christo non secundum humanitatem, id est, non secundum proprietatem humanæ naturæ. Extra controversiam. Concedimus enim largiffimè *solam Deitatem Christi esse PROPRIUM adorationis principium.*

3. Vel, hoc vis: carnem Christi adorandam esse, hoc est, interpretante Beza, non esse dividendum Christum in adoratione, ac proinde, Verbum & Hominem unica adorari adoratione, quoniam homo iste est Deus: sed distinguendas tamen esse naturas, ut in unione, sic etiam in adoratione, ideoque humanitatem Christi non esse huius adorationis obiectum, cum humanitas non sit Deitas.

4. Eò igitur progredieris, ut statuas personam, suppositum, *θεῶνθρωπον*, Deum hominem uno adorationis cultu adorari. Itan? Hoc enim pro lacte ac ne stare est Sornio, Sadeeli, aliisque, qui à vestris stant partibus. Extra controversiam. Nemo quippe de nostris litem movet de persona, de supposito *θεῶνθρωπο*, de Deo-Homine, de Deo incarnato.

XIX.

III. Inquies cum Piscatore & Danao: adorationis obiectum esse Deum. Carnem Christi non esse Deum. Ergo &c.

RESPONDEO. I. Materne, probasne hoc argumentum? Tria sunt, quæ mihi persuadent, te eo valdè delectari.

1. Quia scribis, solam Deitatem Christi, non autem carnem esse proprium adorationis obiectum.

2. Quia uteris Athanasiano: Non creaturam adoramus. Absit! In Ethnicos & Arianos competit eiusmodi delirium. Quod vestris familiarissimum est, vide *Iod. Naum*, & *Admonit. de lib. Concord. a.*

3. Quia addis loco *πορισματα*: cum proprium religiosæ adorationis obiectum sit Deus, improbamus adorationem cuiusvis REICREATÆ.

2. Quod si tibi placuerit, exorbitabit confessio tua, quæ ex Damasceno profertur: Sic enim scribis rotundè ac categoricè. Licet verò caro simul adoretur propter ipsi coniunctam & unitam Deitatem Verbi, non tamen *καθ' ἑαυτῶν* nec *δι' αὐτῶν* adoratur.

3. An igitur concedis, carnem simul adorari cum *λόγῳ*? Et hoc, carnem Christi propter eandem causam esse Deum? An hoc: Si caro Christi non est Deus, quemadmodum simpliciter contendunt adversarii, caro Christi propter unionem personalem non adoranda est?

4. Quare ergo asseris ingenuè: Carnem Christi simul adorari? Et addis rationem:
pro-

propter ipsi conjunctam & unitam Deitatem? Ergo haecenus studiosè pervertis statum non sine contradictione, quemadmodum supra ostendimus.

XX.

IV. Inquies: Esse nihilominus humanam naturam Deum, si adoranda sit propter unionem hypostaticam.

RESPONDEO I. Hoc verò non sequitur.

1. Quia propositio: Humana natura adoratur, est paronymica.

2. Quia propositio: Humana natura est Deus, est synonymica in adversariorum argumentatione, & ex ipsorum mente.

3. Quia à propositione Paronymica ad propositionem synonymicam non procedit consequentia.

4. Quia non valet: Caro Christi est *ἡ σὰρξ*, Damas. lib. 3. cap. 9. 15. Ergo est hypostasis, persona.

5. Quia non valet: humana natura est Deificata, Athan. or. 4. cont. Arianos Damas. lib. 3. de orth. fid. c. 17. Cyrill. lib. 8. in Ioh. cap. 1. Ergo est Deus.

6. Ergò multo minus valet: Si humana natura adoratur, erit Deus naturaliter, & *ἡ οὐσία*, seu essentialiter.

2. Pro-

2. Proba jam consequentiam in argu-
mento objecto, & refuta quæ ea de re monui,
in *Antid. 3. sect. 3. p. 45. 46. & seqq.* & dabis mi-
hi ansam fusius hoc ipsam declarandi, atque sic
responsione tua Goclenianum recompensabis
silentium.

3. Errant autem ἡ δὲ τὸ μὴ ἄλλιον ὡς ἄλλιον.
Ut enim caro Christi adoranda sit, non facit
adversariorum objectum esse scilicet naturâ &
essentiâ Deum, sed hoc, quod de unione perso-
nali veteres orthodoxi subinde inculcant.

4. Vindica clarior? stupendum unio-
nis personalis commercium, quo caro
assumpta particeps facta est τῆς τῆ λόγος ἕνωσι-
σεως, tantum potest, ut caro Domini ac Salva-
toris nostri ad solennem adorationis religiosæ
cultum promoveatur.

5. Sic enim orthodoxè ea de re scribit *Da-
mascenus lib. 4. de Orthod. fide cap. 3.* Caro ejus
secundum suam naturam inadorabilis est, ut
creatura: unita autē Deo verbo propter ipsum
& in ipso adoratur. *Idem lib. 3. cap. 8.* Adoro
Christi Dei mei simul utramque naturam pro-
pter carni unitam Deitatem. Docet igitur Da-
mascenus causam adorationis carnis Christi
consistere in unione ineffabili ad Λ Ο Γ Ο Ν.

XXI.

V. Inquies: An hoc ipsum de unione per-
C sonali

sonali crediderint & docuerint orthodoxi veteres? An etiam cum unione personali, in hoc argumento de adoratione carnis Christi, conjunxerint infinitam majestatem Christo secundum humanam naturam datam post gloriosissimam hostium nostrorum victoriam?

RESPONDEO. Imò!

1. Sic scribit *Didymus Alexandrinus lib. 3. de Spir. Sancto*: quoniam ΛÓΓΟΣ ΗΟΜΙΝΕΜ ΑΣΣΥΜΨΙΤ, eumque suscitans post mortem super omnes principatus, virtutes, potestates & dominationes esse constituit: huic (ASSUMPTO HOMINI) omnes angeli Dei, jussi eum ADORARE subjecti sunt, scientes eum UNIRI cum DEO, cum in DEXTRA DIVINITATIS sit, & in nomine ejus non solum terrena & inferna, sed etiam cœlestia genu flectant, omnis lingua ad gloriam Dei patris JESUM Dominum esse confiteatur.

2. Sic *Theodoretus in cap. 1. ad Ephes.* Clarum est Apostolum hæc omnia posuisse tanquam de homine. Ea enim de causa admiratione ductus est. *Quod enim qui Deus est, unà cum patre regnet, non est mirabile. Cum enim eadem sit natura, ei quoque potestatis conjuncta est societas. Quod autem sumpta ex nobis natura ejusdem honoris, cum eo qui assumpsit, participet, ut nulla videatur adorationis differentia, sed*
per

per naturam, quæ cernitur, adoretur divinitas,
hoc verò omne miraculum superat.

3. Sic Chrysostomus hom. 5. ad Hebræos:
Revera magnum est & stupore plenum, car-
nem nostram sedere sursum, & adorari ab An-
gelis & Archangelis, & Cherubin & Seraphin.
Hoc sæpè in mente mecum versans excessum
patior, & majora de genere humano imagi-
nor.

4. Ex quibus constat, orthodoxos patres
majestatem infinitam cum unione personali
conjunxisse, asserendo propter hanc carnem
Christi adorari. Quid multis? Hoc docet to-
ta antiquitas. Vide Ambros. de Spir. Sancto,
Cassiodorum, Cyrillum, aliòsque, quos supra in
medium produximus.

XXII.

VI. Ut verò apprimè scias, te quæstionis
statum pervertere: notabis paucula, & ad illa
respondebis. Non quæritur

1. Num Verbum in & cum carne adoran-
dum?

2. Neque quæritur de tota persona, an
Deus Homo, Θεάνθρωπος & adorandus?

3. Sed hoc quæritur

1. Num Θεάνθρωπος & adorandus cum
carne?

C 2

2. Ita

ve-
hoc
on-
un-
sif-

lib.
MI-
post
po-
uic
geli
en-
RA
non
stia
Dei

cla-
an-
ira-
und
im
est
ura
rti-
sed
per

2. Ita quidem, ut caro assumpta simul adoraretur?

3. Eâ adoratione, quæ τῷ λόγῳ propria est?

4. Et quæ fundamentum habet in maiestate τῷ λόγῳ infinita?

5. Quæritur: an adoratio illa religiosa (quam majesticam ac divinam appellare licet) competat carni Christi?

6. Non propter naturæ suæ proprietatem, sed propter unionis hypostaticæ ineffabilitatem?

7. Ita, ut possint huius rei dari luculentissima scripturæ testimonia?

8. Et testimonium antiquitatis perspicuum?

9. Ita quidem, ut propter nimium splendorem confundantur adversarii, ut hinc inde repant quærentes elabendi rimulas, ut sunt:

1. De adoratione duplici apud *Martiniũ*, *Deumlerum*.

2. Adorationem esse accidens externum apud *Hieronimum Zanchium*.

3. Carnem Christi non excludi ab adoratione, neque tamen adorari, apud *Bezam*.

4. Purpuram non adorari in rege civiliter: Ergo neque carnem Christi adorari in λόγῳ apud *Piscatorem*.

5. Hominem adorari, non autem humanitatem

nitatem Christi hominis, apud *Sohnium*, *Bezam*, *Sadeelem*.

6. Carnem simul adorari, & tamen solam Deitatem adorari, apud *Maternum Pastorem Duisbergensem*? Annon? Alii aliter, quemadmodum, Deo annuente, suo loco ostensuri summus. Ad alia.

XXIII.

IIII. *Evertis principia. Principia puto vel tuorum vel scripturarum.*

1. Si credis contra *Bezam*, *Daneum*, *Piscatores* & alios tui ordinis carnem Christi propter unionem personalem una adoratione cum λόγῳ assumente adorari, evertis principia Tuorum, de quibus supra, ut sunt:

1. Nullum proprium potest communicari.

2. Communicato uno proprio communicantur omnia.

3. Caro Christi non est particeps facta priorum divinorum propter unionem personalem.

4. Et quæ sunt alia hoc genus, quæ quidem in pulpitis vestris ducunt familiam. Hæc omnia contra tuorum calculum enecas.

1. Quia adorabilitas est proprietas Dei. Pone ergo, carnem Christi adorari uno eodemque divinæ adorationis cultu, illicò sequi-

tur communicatio idiomatis, *differente Piscatore ad caput 4. Matth. de quo supra.*

2. Quia adorabilitas conjuncta est cum omniscientia, omnipotentia &c. Huc refer insignem locum *Cassiod. super Psal. 33.* Caro Christi licet ex humana sit sumpta natura, non tamen eam ut unus hominis ex nobis debemus aestimare, sed ADORABILEM, SALUTIFERAM, VIVIFICATRICEM, quæ peccata dimittit, & ad perpetuæ vitæ regna perducit.

3. Quia adoratio conjuncta est cum majestate infinita, quæ Christo secundum humanam naturam competit ex *Dyd. Alexand. lib. 3. de S. Sancto Theod. in c. 1. ad Ephes. Chrysoft. hom. 5. in Epist. ad Ephes. vide Dan. 7. Phil. 2.* Hoc primum est.

XXIV.

II. Evertis principia scripturarum. Puta, si credis cum Beza & aliis, carnem Christi propter unionem personalem non adorandam: quæ omnia huc redeunt.

1. Christus secundum humanam naturam est exaltatus: Ergo secundum humanam naturam est adorandus.

Antecedens est *Psal. 8. v. 6 Heb. 2. v. 6. 9. 1. Cor. 15. v. 27. Ephes. 1. v. 20. adde Theod. in Psalm. 21. Leon. Epist. 95. Oecum. in comment. ad cap. 1. ad Ephes. Ambros. lib. 5. de fide c. 6. Primas. in cap. 1. ad Hebr.*

Ratio

Ratio connexionis est *Dan. 7. v. 13. 14. Phil. 2. v. 9. 10. Psal. 72. v. 10. Apoc. 5. v. 12. confer Dyd. Alexand. lib. 3. de Spir. sancto, Theod. in caput. 1. Ephes. Chrysof. hom. 5. ad Heb.* Ibi enim exaltatio & adoratio ἀδαμαντίως invicem devinciuntur.

2. Christus secundum humanam naturam est Rex, Judex, Dominus, & Mediator. Ergo secundum humanam naturam adorandus.

1. Antecedens liquet. Sic enim *Abt. 2. v. 36.* Certissime sciat domus Israël, quia & Dominum eū & Christum fecit hunc Jesum, quem vos crucifixistis. Adde *1. Tim. 2. v. 5. Rom. 8. v. 34. Heb. 9. v. 24. Jerem. 23. v. 5. Zach. 9. v. 9. Luc. 1. v. 33. Matth. 25. v. 5. Ioh. 5. v. 27.*

2. Consequens liquet ex *Psal. 45. v. 12. Psalm 72. v. 8. 9. 10. Ioh. 5. v. 22. Phil. 2. v. 9. 10. 11. Heb. 7. v. 25. Heb. 2. v. 17. 18. Heb. 4. v. 16. 17. Ps. 72. 13. 14. 15.* Et adde hoc cujusdam Philosophi *disput. 9.* Qui exercebit judicium de vivis & mortuis, non solum ut Deus, sed & ut homo, est invocandus secundum utranque naturam: Christus exercebit judicium non solum ut Deus, sed & ut homo. Ergo. Minorem probo ex dicto *Ioh. 5.* Hæc ille.

3. Christus secundum utranque naturam à sanctis quibusque adoratur. Ergo.

1. Ab Angelis *Apoc. 5. v. 13. Apoc. 7. v. 13. Chrysof. hom. 5. ad Hebraeos, Theophyl.*
2. A sanctis hominibus *Matth. 2. v. 11. Marc. 5. v. 22. 23. Marc. 7. v. 25. Luc. 5. v. 8.*
3. Unde *Theophyl. ad cap. 28. Matth.* humana natura prius condemnata nunc ab angelis adoratur.
4. Et *Theod. in cap. 1. ad Heb.* Christus semper accepit ab Angelis cultum & adorationem: Erat enim semper Deus. Jam autem adorant ipsum etiam ut hominem. vid. *Leon. Sermon. 8. de Quadrag.*

XXV.

Quorsum igitur te vertis, hæres. Si placuerit Thesis nostrorum, humanam Domini nostri carnem adorari una adoratione cum filio Dei, propter unionem personalem, non potes effugere censuram tuorum circa communicationem idiomatum. Si tibi arriserit Thesis vestrorum, quæ est: humanam Christi naturam non adorari propter unionem personalem, in æternum non satisfacies apodixi scripturarum; atque sic evertis principia vel Tuorum vel scripturarum. Ex quibus omnibus emergit conclusio generalis, quæ est:

Ergo affirmatio Materni non rectè incedit. Id quod erat demonstrandum.

DISPU.



DISPUTATIO SECUNDA.

DE

QVÆSTIONE II.

*An Christus pro solis electis & credentibus
mortuus sit, an verò pro omnibus omni-
nò hominibus, piis pariter
& impiis?*

I.

POSTERIUS affirmant orthodoxi: prius
affirmat Maternus, sed cum hac clausula:
*prius affirmatur, inquit, ratione applicationis ef-
ficacis.*

II.

Hic verò est status controversiæ.

I. Non quæritur, an meritum Christi ra-
tione sui, hoc est, ratione magnitudinis & pre-
tium sui sit infinitis modis pretiosum? Constat u-
trinque justitiam Dei infiniti requirere *λύτρον*
æquivalens, ac proinde justitiam Dei infinitam
ac meritum Filii Dei infinitum pari passu am-
bulare.

Quare extra quæstionis cancellos eunt Ba-
denses, quando scribunt in confess. art. 2. p. 20.

C s

profi-

profitemur meritum Christi ratione dignitatis, virtutis, ac facultatis plenarie, adeoque, ut cum Aug. loquamur, quoad magnitudinem & potentiam pretii sui æstimatum, infinitis modis pretiosum esse &c. *vide Para. in comm. super 1. ad Corinth. fol. 501.*

2. Nec quæritur, an meritum Christi præstitum sit pro electis seu credentibus. Nemo ambigit. Scimus enim omnes ac singulos, qui salvantur, non nisi Christi merito salvari ex *Actor. 4. v. 12. 13. Non est in aliquo alio salus &c. Iob. 3. v. 18.*

Quare & illi abeunt à semita, qui contra sufficientiam meriti Christi disputaturi colligunt ea testimonia, quibus asseritur, Christum posuisse animam suam pro ovibus suis &c. quod quidem adversariis in hac quæstione familiarissimum est, ut videre est apud *Bez. in Colloq. Mompelg. Piscat. in disput. de predest.*

3. Nec quæritur, an Christus pro solis credentibus mortuus sit ratione applicationis efficaciæ. Certum enim solis credentibus applicari meritum Christi efficaciter. Et hoc; solos credentes sibi applicare meritum Christi. Et hoc; *hactenus mortem Christi considerari accidentaliter in relatione scilicet δόσεως καὶ λήψεως.*

Quare & illi frustra laborant, qui, ut Ecclesiæ glaucoma objiciant, confugiunt ad applicationem efficacem. Hic latet anguis in herba, quemadmodum paulò post ostensuri sumus.

IV.

Accedamus propius, ut ad unguem sciri possit, quid adversarii incumbat.

1. Quæritur, an Christus mortuus sit pro omnibus hominibus?

2. Puta, non pro omnium generum hominibus tantum, ut quidem loquuntur ac disputant adversarii?

3. Sed quæritur, an Christus mortuus sit pro Adamo & omnibus Adami posteris, pro omnibus omninò peccatoribus?

4. Iisquæ, qui meritum Christi repudiant, & sese propter incredulitatem faciunt reos iræ divinæ & æternæ damnationis?

5. An sufficientissimum hoc Christi *λύτρον* præstitum sit juxta voluntatem Dei patris erga totum genus humanum?

6. Hoc est, an Deus Pater seriò voluerit, ut Filius assumeret

1. Naturã humanã omnib. hominib⁹ cõmunẽ.

2. Itemq; humanã fragilitatẽ omnib. cõmunẽ.

3. Ac tolleret peccatum, de quo Apostolus *Rom. 3.* Omnes peccaverunt?

4. Ut proinde illi, qui pereunt, eam ob causam pereant, quia meritum Christi repudiant, atq; sic benevolentissimæ Dei voluntati resistunt?

V.

Qua ppter in quæstione de sufficientia meriti Christi, ppter ea disputari solet cõtra adversarios, cõsideratur meritum Christi in relationẽ

1. Ad causam mittentem, quæ est Deus pater, juxta illud *Gal. 4. v. 4.* Misit Deus filium suum factum ex muliere factum sub lege, ut eos, qui sub lege erant, redimeret.

2. Ad causam finalem, quæ est respectu Dei iendentis, salus generis humani, juxta illud *1. Pet. 2. 24.* Qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo, ut peccati mortui justitiæ vivamus.

3. Ad objectum, quod est HOMO PECCATOR, juxta illud *Matth. 9. v. 13.* non veni vocare justos, sed peccatores ad pœnitentiam.

4. Ad medium seu causam organicam, quæ est respectu Dei offerentis, verbum divinum. *Act. 13. Marc. 16. 1. Tim. 2. Act. 17. Rom. 10.* prædicari debebat verbum Evangelii omnibus hominibus.

VI.

Sic igitur progredere.

1. Quæro: an Deus pater miserit filium suum in hunc mundum, ut assumeret naturam humanam cum infirmitatibus nostris, ac fieret *λύτρον* P R O Adamo eiusque posteris omnibus & singulis, patiendo, moriendo atque resurgendo? 2. Atque ut de facto salvaret omnes, qui vera cordis fiducia passionem, mortem, resurrectionem, adeoq; omnia iisdem consummata amplectuntur, e- contra verò damnaret omnes,

Omnes, quicunq; hæc ipsa beneficia temerariè ac petulanter prosternunt? 3. Ita quidem, ut damnatio *αἰκῶς* cōcernat incredulitatem, incredulitas beneficiorum divinorum abjectionem, abjectio beneficiorum homines ingratos, qui quidem quod Deus seriò exhibet, & quæ Christus ipsis quoque passione ac resurrectione sua meruit, & liberalissimè in prædicatione Evangelii offert, accipere vel conservare nolunt, ob id mortis æternæ se reos faci-

endo?
 2. Vel: an Deus pater miserit filium suum in hunc mundum, ut fieret *λύτρον* in ara crucis pro aliquot duntaxat hominibus, iisque respectivè paucissimis, quos nimirum Deus absoluto quodam decreto, absque merito Christi fide apprehendendo, elegerit, quibus solis remittat peccata, & quos solos vocet seriò, justificet ac salvificet: spretis & abjectis aliis omnibus absoluto Dei beneplacito, sine incredulitatis intuitu, quippe quibus Christus non missus, ut per eum liberarentur, sed ut eum incredulitate sua abjicerent, atque sic postmodum damnarentur æternum?

3. Priùs affirmamus, posterius negamus. Contrà adversarii priùs negant, posterius affirmant. Ad hunc igitur scopum tendit tota disputatio Materni. Est autem falla, *ἄτερος γε*

φῆς:

Φῆς: Id quod κατ' ἀνασφάλω liquidò demon-
strabimus. VII.

I. Quæris: an Christus pro solis electis & credentibus mortuus sit, an verò pro omnibus omninò hominibus piis pariter & impiis? prius affirmatur ratione applicationis efficacis.

RESPONDEO. I. Extra orbitam! Christum pro solis credētibus ratione applicationis efficacis esse mortuum nō nego. vide s̄ th. 3. §. 3. 4.

2. Hoc verò Συμβεβηκός. Accidit enim merito Christi applicatio illa, de qua agis, ut nihilominus sine ea possit esse integram ac sufficientissimū pro omnibus hominibus præstitum.

3. Committis fallaciam ἀδὲ τὸ πῆ ad τὸ ἀπλῶς. Ita vis per oppositionem arguere: Christus ratione applicationis efficacis mortuus est pro SOLIS CREDENTIBUS: Ergo Christus mortuus est solūm ac simpliciter pro solis credentibus, p̄ solis piis nō verò p̄ impiis.

4. Vel, an tibi arridet κρησφύγετον: Christum pro omnibus hominibus piis pariter & impiis esse mortuum sufficienter? Urs. in carcereb. pag. 148. Cunrad. Vorst. disp. 2. contra Monasterienses, pag. 133.

5. Quid ergò respondebis ad ingenuam confessionem Piscatoris in thes. de predest. contra Schafm. p. 232? Pro reprobis, inquit, nullo modo est mortuus sive SUFFICIENTER dicas, sive efficaciter.

9. Re-

6. Responde de distinctis distinctè.

I. Credisne ac profiteris, Christum pro omnibus hominibus (nota particulam PRO: notat enim relationem inter Christum mortuum, & finem ω , hominem puta, cui Christus mortuus) mortuum SUFFICIENTER? an verò pro SOLIS electis seu credentibus?

II. Credisne ac profiteris Christum ratione Dei VOLENTIS (*Chrysostr. Theophyl. Damascenus & alii appellant voluntatem antecedentem*) esse mortuum pro solis credentibus, non autem pro omnibus Adami posteris in peccato cōceptis æqualiter: abjectis cæteris, & in decreto æterno ad exitiū æternū destinatis.

III. Hoc debuisses in disputatione tua enucleatè & explicatè proponere: at enim alto silentio hoc ulcus præteriisti. Quid igitur agis?

7. Committis fallaciam ω $\delta\epsilon\iota\ \tau\acute{o}\ \zeta\eta\lambda\acute{o}\sigma\mu\epsilon\upsilon\sigma\upsilon$. Posterius quæstionis membrum evitas: prius tangis quidem, sed timidiusculè, addita appendice: Ratione applicationis efficacis. Eò tamen pedetentim abis, ut statuas cum tuis: Christum pro solis credentibus esse mortuum, non autem pro omnibus ac singulis peccatoribus.

8. *Iam intende nervos tuos, ac proba mihi hanc oppositionem ex scripturis & ex veteris Ecclesie testimonio. Argumenta, quæ adducis, nihil concludunt, quemadmodum videbimus.*

II. Affers *testimonium Ioh. 10. v. 15.* animam meam pono pro ovibus meis.

RESPONDEO I. Error $\omega\delta\gamma\epsilon\ \tau\omicron\ \epsilon\pi\omicron\mu\epsilon\lambda\omicron\nu\omicron$. Quæ consequentia: Christus posuit animam suam pro ovibus suis: Ergo non pro omnibus omninò peccatoribus? ostende rationem consecutionis.

2. Error $\omega\delta\gamma\epsilon\ \tau\omicron\ \alpha\iota\nu\lambda\eta\kappa\epsilon\iota\mu\epsilon\lambda\omicron\nu\omicron$. Non audivi hætenus à particulari ad universale per oppositionem mutuam fieri conclusionem negativam. Universale & particulare consentiunt mutuò.

3. Error $\omega\delta\gamma\epsilon\ \tau\lambda\omega\ \lambda\omicron\epsilon\sigma\iota\nu\ \eta\gamma\iota\ \Delta\acute{\alpha}\gamma\epsilon\iota\sigma\iota\nu$. Affingitur textui EXCLUSIVA, ut sententia sit: animam meam pono pro SOLIS ovibus meis. Non autem habetur in textu, nec in scripturis alibi.

4. Error $\omega\delta\gamma\epsilon\ \tau\omicron\ \zeta\eta\tau\epsilon\iota\mu\epsilon\lambda\omicron\nu\omicron$. Christum pro ovibus seu credentibus mortuum nemo negat. vide *thes. 3. §. 2.* Non igitur opus, ut hoc ipsum probetur.

5. Urges applicationem efficacem? Nihil agis. Non prohibet efficax in credentibus applicatio, quò minus Christus pro omnibus omninò peccatoribus in ara crucis mactatus sit. Contrarium proba ex scripturis, si potes.

6. Interea oppono argumentum Apostolicum
licum

licum Rom. 14. v. 15. 1. Cor. 8. v. 11. Noli cibo tuo illum PERDERE, pro quo Christus mortuus est. circa quod tria noto in Miscell. q. 14. p. 109.

7. 1. Nervum Apostolicum. 2. commentarium Chryf. serm. 20. in priorem ad Corinth. pag. 294. serm. 28. in Epist. ad Roman. pag. 170. Et Theophyl. in Epist. ad Rom. pag. 455. 3. frivolas ac risu dignissimas exceptiones Piscatoris & aliorum. Tu satis-fac, si potes. Nunquam potes.

IX.

III. Affers testimonium Rom. 3. v. 22. Justitia autem Dei per fidem Jesu Christi, in omnes, & super omnes, qui credunt in eum.

RESPONDEO I. Quid probas? Hoc-cine: Christum pro SOLIS credentibus esse mortuum, non autem pro omnibus ac singulis peccatoribus ab Adamo progenitis? Ad hunc scopum collineare debebat argumentatio: hunc verò ne attingit quidem.

2. Error $\omega\delta\alpha\tau\acute{o}\mu\epsilon\varsigma$ Cor. Disputat eo in loco Apostolus de justificatione hominis peccatoris coram Deo, & contendit neminem justificari ex lege, sed gratis per redemptionem quæ est in Christo Jesu v. 24. 25. 26.

3. Error $\omega\delta\alpha\tau\acute{o}\tau\epsilon\lambda\theta$. Hoc sanè malè applicatur ad hunc scopum, quando nimirum quaritur de morte Christi quousque se exten-

D

dat?

dat? an ad paucos tantum? an verò ad omnes omninò, de quibus ibidem agit Apostolus v. 23. Omnes peccaverunt, ex *Psal.* 14.

4. Error $\omega\delta\gamma\epsilon\ \tau\omicron\ \epsilon\pi\omicron\mu\epsilon\lambda\omicron\upsilon\omicron\nu$: Si quis ita argumentetur: Justitia Dei per fidem Jesu Christi in omnes & super omnes qui credunt: Ergo Christus justitiam legi divinæ debitam præstitit **TANTUM** credentibus, hoc est, illis tantum, qui justitiam vera fide amplectuntur. Nunquid incredulitas hominum meritum Christi evacuabit?

5. Error $\omega\delta\gamma\epsilon\ \tau\omicron\ \varsigma\upsilon\mu\beta\epsilon\beta\eta\mu\epsilon\tau\omicron\varsigma$. Orthodoxè *Theophylactus ad cap. 2. Heb. pag. 729.* non debebat nobis Deus quicquam, sed ex gratia filium suum nobis dedit, non **PRO FIDELIBUS TANTUM**, sed pro universo terrarum orbe. Etsi enim non omnes sunt servati, ipse tamen, quod sui erat officii, implevit.

X.

IV. *Affers testimonium Hebr. 5. v. 9.* factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis.

RESPONDEO I. Extra quæsitum. Nemo Christianus negare potest, Christum sibi obtemperantibus factum esse causam salutis æternæ. *vide th. 3. §. 2. thes. 8. §. 1. & seqq.*

2. Hoc tibi incumbit probare: Christum scilicet **TANTUM** fidelibus sibi obtemperantibus

ribus causaliter, efficienter, ac sufficienter vitam æternam meruisse, neq; mortuum esse pro omnibus peccatoribus.

3. Testimonium allatum docet, eos, qui salvantur, non nisi per Christum salvari. Ergo né Christus pro illis tantum, qui salvantur, est mortuus? Non verò pro illis qui damnantur? Qua ergo de causa damnantur? *Lumen solare lucet universis, quamvis illi, qui sese abscondunt subter terram, non illuminentur.*

4. Notanda hîc sunt Philosophorum axiomata, de quibus *Keck.*

1. Passio recipitur non tam per conditionem agentis, quam dispositionem patientis.

2. Omne receptivum recipit per modum receptivitatis, non per modum imprimentis.

3. Patiens non tantum patitur, quantum agit agens.

5. Ejusdem argumenti sunt, quæ proferruntur *ex Eph. 5. v. 25. Apoc. 14. v. 3. 4.* ut novo examine non indigeant. Audiamus iam argumenta.

XI.

V. Sic arguis 1. Quos dilexit, pro iis est mortuus. At solos fideles dilexit. Ergo pro solis fidelibus est mortuus. Propositionem probas *ex Eph. 5. v. 25. Ioh. 15. v. 13. 1. Ioh. 3. v. 16.* Assumptionem *ex Ioh. 10. & 13. v. 1.*

RESPONDEO 1. Vim infers scripturis. Quod probo.

D 2

1. In

1. In loco *Ephes. 5. v. 25.* hoc habes: viri diligite uxores vestras, sicut & Christus DILEXIT Ecclesiam, & tradidit seipsum pro ea.

2. Ubi nota propositiones 1. Christus dilexit Ecclesiam. 2. Christus seipsum tradidit pro Ecclesia. 3. Christus est sponsus, Ecclesia sponsa. 4. Ergo vir diligat uxorem. Ad hanc conclusionem rendit tota dissertatio Apostolica *vid. v. 29. 30. 31. 32.*

3. Habes in argumentatione Apostolica
1. Τὸ ζητῶμενον quod est: an viri diligere debeant uxores 2. Τὸ μέτρον quod est: quia Christus dilexerit Ecclesiam, sponsam. 3. Ejusque explanationem, quæ est: quia Christus tanto amore dilexerit Ecclesiam, ut semetipsum tradiderit pro ea in mortem.

4. Hoc vult Apostolus 1. Christus dilexit Ecclesiam. Benè est! ubi verò hoc: Christus dilexit Ecclesiam SOLAM? 2. Christus tradidit seipsum pro Ecclesia. Benè est! ubi verò hoc: Christus tradidit seipsum pro Ecclesia sola, pro solis credentibus? Immane-quantum Apostolus Paulus & Maternus Heyderus distant? Accedo propius.

XII.

VI. Inquies: conjungi nihilominus DIRECTIONEM ET TRADITIONEM seu passionem.

RE-

RESPONDEO I. Ita est. Est autem dilectio Dei vel universalis, habens pro objecto omnes homines, Adami posteros. *Ioh. 3. v. 16.* vel specialis, habens pro objecto solos credentes *Rom. 8. v. 39.*

2. Addo regulam: *A dilectione Dei ad solos fideles, ad dilectionem Dei ad omnes Adami posteros non valet consequentia ab oppositione.* Non valet: Christus dilexit Ecclesiam, & tradidit seipsum pro ea: Ergo non dilexit omnes peccatores, nec tradidit seipsum pro illis.

3. Applico ad institutum. Testimonium *Ephes. 5. v. 25.* loquitur de charitate Christi, qua amplectitur Christus suam Ecclesiam: & hoc vult 1. Christum dilexisse suam Ecclesiam, 2. Et tradidisse seipsum pro ea in mortem. 3. Proinde viris incumbere exemplo Christi suas uxores diligere. Qua fronte quis colliget: Christum pro solis credentibus in mortem se tradidisse?

4. Idem judica de loco *Ioh. 15. v. 13.* Hoc est praeceptum meum, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos. Majorem dilectionem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis, *1. Ioh. 3. v. 16.* in hoc cognovimus Charitatem Dei, quoniam ille animam suam pro nobis posuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere. Haecenus de propositione.

D 3

VII. In-

VII. Inquis in Assumptione: S O L O S F I D E L E S D I L E X I T, quod probare contendis ex *Ioh. 10. & 13. v. 34.* Mandatum novum do vobis, ut diligatis vos invicem, sicut dilexi vos, ut & vos diligatis invicem.

R E S P O N D E O I. Ubi hinc exclusiva? ubi tua propositio: SOLOS fideles dilexit? Monstretur unica in textu syllaba, quod non potest. Ergo committitur crimen falsi: quod vitium omnium periculosissimum.

2. Ita quidem Christus: Dilexi vos, puta, discipulos, ubi verò hoc: Dilexi vos TANTUM, mortuus sum pro vobis tantum? Error *ἡ ἀπόμνησις τὸ ἐπὶ ὅμοιον.*

3. Inverto argumentum: Quoscunque Christus dilexit, pro iis quoq; est mortuus. Atqui omnes omninò homines dilexit, omnium enim naturam assumpsit. Ergo pro omnibus omninò hominibus est mortuus. Propositio tua est.

4. Assumptionis rationem suggerit *Prosper in resp. ad capitula Gall. obi. 9.* Nullus est ex omnibus hominibus, cuius natura in Christo Domino nostro suscepta non sit, quamvis ille natus sit in similitudine carnis peccati, omnis autem homo nascatur in carne peccati, *confer Theophyl. super 13. cap. Ioh. pag. 348.* Magnum
sanè,

sanè, inquit, charitatis argumentum suscipere carnem nostram.

5. Confunditur dilectio specialis & generalis, de qua supra. Magni hîc æstimo insignis Domini nostri effatum *Job. 3. v. 16*. Sic Deus dilexit MUNDUM, ut daret filium suum unigenitum &c. de quo paucula notabimus.

XIV.

VIII. Inquies: Hoc nihil concludit. Mundi enim vocabulum restringitur ad solos credentes, ut sententia sit: Deum dilexisse universos electos in toto mundo.

RESPONDEO. I. Agi de credentibus in universo mundo Judæis & gentilibus suo loco non nego: Et hactenus non improbo sententiam *Oecumenii*, de qua alibi.

2. Nego vero *ἀποτόμως*, agi de fidelibus TANTUM, non autem de omnibus hominibus à Deo ad pœnitentiam seriò vocatis, juxta illud *Act. 17. v. 30. 31*. Deus annunciat hominibus, ut omnes ubique pœnitentiam agant &c. Decet adversarios, ut hoc probent, quod nondum fecerunt: Et facere non possunt:

3. Hæ sunt conclusiones 1. Deus voluntate antecedente (ita appellant) nullius hominis vult interitum *Chrysof. ad locum 1. Tim. 2. v. 4. pag. 92. Et Theophyl. pag. 681.* Ergo DEUS diligit omnes *Chrysof. ad c. 1. ad Eph.*

D 4 pag.

Fr-
ndis
do
vos;
ubi
on-
est.
um
ita,
IM,
que
At-
um
ni-
ro-
ex
sto
ille
nis
fer
um
nè,



pag. 181. Theophyl. in comment. ad hunc locum.
pag. 588. Damasc. lib. 4. de orth. fide cap. 29.

6. 2. Deus dilexit mundum, ut daret filium suum unigenitum &c. Ergo filius Dei propter universalem illam Dei patris erga omnes peccatores dilectionem datus est omnibus redemptor, liberator ac salvator. vide Prosp. in respons. ad capit. object. Vincent. ob. 1. 2. Theophyl. in comment. super 2. caput ad Hebræos.

7. 3. Adde: Sic Deus dilexit mundum &c. Ergo ex dilectione & merito universali radiat promptissima Dei voluntas de omnium hominum salute, de nullius interitu juxta illud 2. Pet. 3. v. 9. patienter agit propter vos, nolens ALIQUOS perire, sed omnes ad pœnitentiam reverti.

XV.

IX. Inquies: Si dilectio Dei pertineret ad omnes, omnes utiq; salvarentur, quia dilectio Dei immutabilis, &c.

RESPONDEO. I. Error ab eo, quod est secundum quid, ad id quod est simpliciter. An putas cum Piscatore dilectionem Dei esse simpliciter immutabilem, nulla conditione ac determinatione limitatam? Hoc probari nequit.

2. Obstat solenne illud Ioh. 14. si quis diligit me, sermonem meum servabit, & pater meus di-

us di-

us diligit eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. En conditionallem! Præcedit nihilominus dilectio DEI
1. Ioh. 4.

3. Non procedit argumentatio de propositione conditionali ad propositionem simplicem. Est autem conditionalis: Deus diligit mundum. Et conditio satis exprimitur: sic Deus dilexit mundum, ut daret filium suum unigenitum, ut omnis, qui credit in eum, non pereat &c.

4. Ergo nulla consequentia: Si dilectio Dei pertineret ad omnes, omnes etiam salventur. Sic enim Deus diligit omnes, ut omnium velit salutem: sic autem vult omnium salutem, ut ordinaria salutis media recipiant, non aspernentur, *Actor. 13.*

5. Ecquomodo igitur procedit: Deus volens omnium hominum salutem diligit omnes: Ergo salvantur omnes? an omnes ordinaria salutis media, quæ in voluntate ac dilectione Dei conditionaliter resident, amplectuntur?

6. Error Accidentis. Non enim hominum quorundam voluntas, ut ita loquar, amicam Dei voluntatem reddit mutabilem: Neque illicò voluntas Dei conditionalis mutabilis: quia, ut scribit Philosophus, *ἡ ἐστὶς* seu relatio non mutat realiter.

D 5

X. In-

X. Inquies: Textum loqui de credentibus (ut omnes qui credit in eum non pereat) Ergo perperam dilatarī dilectionem Dei ad omnes & singulos.

RESPONDEO. 1. Antecedens falsum est, eiusque probatio impertinens. Quæ enim consequentia: Ad dicitur, UT OMNIS QUI CREDIT &c. Ergo dilexit Deus tantum credentes, ut dederit ipsis TANTUM filium suum, non autem Adami posteris omnibus ac singulis?

2. Prior sententia (sic Deus dilexit mundum &c.) agit de benevola voluntate Dei patris, & sufficientissimo merito Filii Dei in sese consideratis. Posterior (ut omnis qui credit in eum &c. de fidei applicatione, adeoq; de fructu ineffabili, quem fideles recipient.

3. Meritum Christi per sese universale. RATIO. Quia offertur universis universaliter in verbo Evangelii. Fide applicatur, restringitur, & appropriatur. Cave hinc confundas REM ipsam; & applicationem rei, quod esset confundere prædicamenta, ex absoluto volare in relativum.

4. Perperam coniunguntur dividenda. Τὸ εἶναι & τὸ εἶναι εἶναι, essentia & finis, esse & operari: quæ maximopere & hinc & alibi accuratissime distingui debent.

5. Manet invictum 1. Deum dilexisse totam mundum, 2. ac proinde dedisse toti mun-

do filium suum unigenitum. 3. Eumq; passum ac mortuum pro toto mundo, hoc est, pro omnibus hominibus in peccato propter luridū primorum parentum lapsum conceptis.

6. Quod egregiè exprimit *Theophylactus loco supra notato qui repetendus est*: Non debebat nobis Deus quicquam, sed ex gratia filium suum nobis dedit in mortem, non pro fidelibus **TANTUM**, sed pro universo terrarum orbe. Etsi enim non omnes sunt servati, ipse tamen, quod sui erat officii, implevit.

XVII.

XI. Arguis II. Mortuus est 1. ut vim peccati extingueret. At solis electis hoc competit. 2. ut nostra caro mortificaretur. At soli credentes magis magisque carnem suam crucifigunt. Prius probas *ex Rom. 6. v. 10.* Ejusque Assumptum *ex Rom. 8. 1. Rom. 5. 1. 1. Petr. 2. 24. Iob. 1. 29. Rom. 3. 25.* Posterius *ex 2. Cor. 5. v. 15. 1. Thes. 5. 10.* Ejusq; Assumptum *ex Eph. 3. v. 16. 17. 18. 4. v. 15. Rom. 5.* Ergò Christus mortuus est pro solis credentibus.

RESPONDEO. I. Ad eundem planè modum potuisset argui: Christus mortuus est, ut nos salvaret. Sic enim Apostolus *Rom. 4. v. 25.* Traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter justificationem nostram. Atqui non omnes salvantur: Ergo non pro omnibus mortuus est. Quis non videt fallaciam?

2. Error Accidentis. Quod ex accidenti fit, non tollit quod est per se. Accidit autem, quòd non omnes salventur *juxta illud Job. 1. v. 21.* in propria venit, & sui eum non receperunt *Job. 3. v. 19.* lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quàm lucem.

3. Error consequentis. 1. Verum est, Christum eum ob finem mortuum, ut vim peccati extingueret. 2. Verum & hoc, vim peccati extingui in credentibus. 3. Hoc verò verum non est, Christum pro aliis mortuum non esse, qui peccato indulgent, neque, quod decebat, carnem suam crucifigunt. 4. Verum & hoc, hoc ipsum ex allatis testimoniis deduci non posse. Aut si potest, cur Maternus ne unicam hujus rei ratiunculam attigit?

4. Inconsequentiam notabo exemplo. Christus missus est in hunc mundum, ut congregaret Judæos, utpote minister circumcisionis *Rom. 15. vide Act. 13. Luc. 10. Matth. 10. 15.* Num verò omnes Judæi congregati sunt? Et quæ causa quòd non? Audi Christum *Matth. 23.* Quoties te volui congregare &c. Et tu noluisti. En habes missionis Christi finem: habes etiam reclamantes Judæos: num tu ACCIDENTARIO ILLO, negabis Christum missum esse, ut Judæos congregaret?

5: Idem judica de fine mortis Christi, qui,
si Chri-

si Christum spectes, consistit in *δυναμις* vim peccati extinguendi in omnibus hominibus: atque ita mortis Christi virtus, quod *δύναμιν* attinet, pertinet ad omnes omnino peccatores: Ut autē sequatur effectus, necessum est ut objectum aptum natum sit ad recipiendum.

6. Noto aphorismos propter Theologiae studiosos.

1. Non tollitur potentia per objecti ablationem.

2. Causarum essentia non mutatur effectuum crebritate aut raritate.

3. Actus secundi a motione non tollitur primus, qui semper est integer quantus quantus.

XIIX.

XII. Arguis III. Contra impii nunquam à peccatis abstinere *Rom. 2. v. 5. 1. Thes. 2. v. 16. 2. Tim. 3. 13. 2. Pet. 2. v. 14.* Ex eo quòd traditi sunt in reprobum sensum *Rom. 1. v. 24.*

RESPONDEO I. Hic est argumentationis scopus: Christus pro impiis non est mortuus. Ratio. Quia impii à peccatis nunquam abstinere. Ratio. Quia impii traditi sunt in reprobum sensum. Rationes quaeruntur in annotatis scripturarum locis. Quid vero hinc agis?

2. Petis id, quod est in principio. Scribis: Impios nunquam à peccatis abstinere. Ubi hoc scriptum est? Quasi scilicet is, qui vel extre-

me-

mè impius non possit per Dei gratiam converti ac resipiscere.

3. Obstat exemplum Pauli, qui prius blasphemus fuit, & persecutor, & contumeliosus: sed misericordiam consecutus est, quia ignorans fecit IN IN CREDULITATE. *Act. 9. v. 1. & seq. 1. Tim. 1. v. 13.*

4. Obstat exemplum Nebucadnezaris impii, erigentis statuam auream ad idololatriam *Dan. 3. v. 1. & seqq.* Abstinuit autem per Dei gratiam à peccato, confessus verum Deum *Dan. 3. v. 9 5. Tigurini numerant eum inter fideles gentiles in sua confessione pag. 17. contra Calvinum in comment. super Daniele.*

5. Argumenta scripturarum, quæ quidem afferuntur, multum abeunt à scopo Materni, quod videbimus. XIX.

XIII. Inquies. I. *ex Rom. 2. v. 5.* secundum duritiam tuam & impenitens cor thesaurizas tibi iram in die iræ & revelationis iusti iudicii Dei.

RESPONDEO. I. Hæc nihil ad rem. Describuntur ibi impii ab eo, quid sunt, non quid esse possunt.

2. Scribis autem impios à peccatis nunquam abstinere. Hoc ibi nec per febrim quidem somniat Apostolus.

3. Et hoc vis: Deum impios non vocare ad pænitentiam, neq; Christum pro illis mortu-

um esse. Neque hoc ibi vel extremo digitulo attingit Apostolus.

4. Et committis fallaciam compositionis ac divisionis. Sic enim in antecedentibus habetur v. 4. An divitias bonitatis ejus & patientiæ & longanimitatis cōtemnis? ignorans quoniam benignitas Dei ad pænitiã te adducit.

5. Unde constat 1. impios vocari ad pænitentiam. 2. Et fieri posse, ut agant pænitentiam. 3. Et pro illis Christum esse mortuum. 4. Ac proinde in argumentatione latere ἀνομιαν τῆς ἐλέγχῃς. XX.

XIV. Ad ducis. II. locum 1. *Thef. 2. v. 16.* prohibentes nos gentibus loqui, ut salvæ fiant, ut impleant peccata sua semper.

RESPONDEO. 1. Et hoc nihil ad rhombū. Describitur ibi impietas judeorum in eo quod est.

2. Hoc verò, quod est κενόμωρον, ne quidem attingis.

3. Quod est 1. impios nunquam à peccatis abstinere. 2. Neque Christum in ara crucis pro illis satisfecisse.

4. Idem esto iudicium de loco 2. *Tim. 3. 13.*

5. *Locus Petri 2. Pet. 2. v. 14.* Ita habet: Fuerunt & Pseudo-prophetæ in populo, sicut & in vobis erunt magistri mendaces, qui introducent sectas perditionis, & eū qui emit eos Dominū negant: superducentes sibi celerē perditionem. 6. Au-

6. Audis Christum redemisse Pseudo-prophetas illos, de quibus differit Apostolus. Ergo nihil est, quando disputas: Christum pro impiis non esse mortuum: Et nihil est, quando quidam mercaturam illam definiunt *κατὰ δόξαν τῶν ἀνθρώπων, & κατ' ἀλήθειαν.*

7. Adde, impios damnari propter incredulitatem *Iob. 3 v. 17.* Et, incredulitatem *σημειωτικῶς* referri ad meritum Christi. Et, impios recipere noluisse ea, quæ, quantum Dei voluntatem & meritum Christi concernit, ipsis liberalissimè conferebantur: Ergo Christum pro impiis mortuum.

XXI.

XV. Inquies III. impii traditi sunt in reprobum sensum *Rom. 1. v. 24.*

RESPONDEO I. Nulla consequentia: siquidem ad hunc tendis scopum: impii traditi sunt in reprobum sensum: Ergo non possunt à peccatis abstinere: Ergo pro iisdem Christus non est mortuus: Ergo pro credentibus tantum.

2. Ratio cui inniteris, sapit absolutum Reprobationis decretum, quo fingitis *cum Zuinglio in Elencho contra Catabapt.* divinâ providentia ad hoc creatum Esavum, ut viveret atq; **UT IMPIE VIVERET.**

3. Et hoc, cum *Zanchio in Miscell. pag. 142.*
Deum

Deum velle & facere, ut impii in desideriis suis
vivant: cum *Rennechero in aurea catena p. 32.*
peccatores à Deo occulta vi, tanquam occulto
fune, trahi ad peccatum. *vide Heidelb. pag. 309.*

4. Quando igitur quæro: quare impii à
peccatis abstinere nequeunt? Respondetis:
quia traditi sunt in reprobum sensum. Et hoc
probat ex loco citato Apostoli *Rom. 1. v. 24.*
propter quod tradidit illos Deus in desideria
cordis eorum &c.

5. Quando quæris: quid sit: **TRADIDIT**
ILLOS DEUS in desideria cordis eorum? Re-
spondetis cum *Beza lib. 2. ann. maj. pag. 20.*
Quorsum nonnulli, ut veluti laboranti justitiæ
Dei subveniant, otiosam in Deo **PERMISSIO-**
SIONE M imaginantur? &c.

6. Creditis igitur, in Deo latere occultam
vim, qua ceu fune peccatores trahantur ad pec-
candum: permissionem cum *Beza* exhibitis:
actualem ac operosam effectiorem eligitis, &
hanc instar stupendi cujusdam mysterii adora-
tis: Et eò inclinatis, ut omninò arbitremini,
propter hanc Dei operationem in peccatori-
bus peccatores non posse non peccare, sed de
peccato in peccatum dilabi.

7. Atq; hoc in adversariorum schola idem
valet quod: **TRADIDIT ILLOS DEUS** in desi-
deria cordis eorum. Error *ἡ δὲ τὸ χῆμα τὸ λέ-*
ξεως. E X V I. Ina

XVI. Inquis IV. Quid ea de re sentis, & quid sentiunt orthodoxi veteres?

RESPONDEO. I. Notant hîc PERMISSIONEM.

Ita Chrysostomus hom. 3. in Epist. ad Rom. p. 14. Quòd dicit, TRADIDIT, nihil aliud est quàm PERMISIT. Quemadmodum si dux aliquis exercitus bellici, in graveſcente bello, ſeſe ſubduceret, quid quæſo aliud faceret, quàm quòd milites hoſtibus traderet, non quòd ipſe illos in ſtragem impelleret, ſed quòd eos ſuo privaret auxilio? Ad eum ſanè modum & Deus eos, qui, quòd ab ipſo afferebatur auxilium, amplecti non ſuſtinentis prius reſilierunt, reliquit.

Ad eundem modum Theophyl. in comment. ſuper cap. 1. ad Romanos. Theodoretus, Damasc. lib. 4. de orthod. fide cap. 2. Orig. lib. 1. in Epist. ad Rom. fol. 138. Oecumenius in comment. pag. 296. Haym. & Primas. in hunc locum pag. 10.

2. Notant gratiæ diviniæ ſubtractionem.

Ita Hieronymus: in eo quòd dicitur, inquit, Deus eos tradidiſſe propriis eorum deſideriis, oſtenditur, non quòd ipſe ſit cauſa, ſed quòd per longanimitatem & patientiam non inferendo vindictam, patitur eos ſecundum cordis ſui agere voluntatem. Hoc autem facit Deus, volens tandem eos ad pœnitentiam converti. Item, Tradere in ſcripturis dicitur

Deus, cum non retinet delinquentes propter
arbitrii libertatem &c.

*Adde Prosperum in responsione ad capit.
Gallorum: Gratia Dei non prius eos deseruit,
quam ab eis desereretur. August. Epist. 105. ad
Sixtum: Non indurat cor Deus malitiam im-
pertiendo, sed non largiendo gratiam. vide Au-
gust. in libr. de bono perfer. cap. 6. de nat. & grat.
cap. 2. & 23. Chrysof. hom. 67. in Iob. Greg. lib. 31.
Moral. cap. 39. lib. 11. moral. cap. 8.*

3. Notant Dei directionem: non quod
Deus impios ad duritiam dirigat, quam odit &
punit, sed quod duritiam, quam in ipsis præter
suam voluntatem & citra suum instinctum e-
mersuram videt, ad bonum finem, qualis est
iudicium, in quo gloria, potentia, sapientia &
iustitia sua refulgeant, dirigat, modumque ac li-
mites, quousque permittere velit, circumscribat.
*vide Fulgent. lib. 1. ad Monimum. August. lib. 5.
de civitate Dei cap. 9. & cap. 26. Et in Genes. ad
literam cap. 5. lib. 5. contra Iulianum cap. 3. de
predest. sanctorum cap. 16.*

4 Multiplex igitur elenchus in argumento
Materni.

1. Παρὰ τὸ ἅμα τῆς λέξεως, cum con-
tra analogiam fidei, & totius antiquitatis una-
nimem calculum explicetur phrasis Apostolica,
ut stabiliat absolutum Reprobationis decretum.

E 2

2. Παρὰ

ut stabiliat absolutū Reprobationis decretum:

2. Παρεγὶ τὸ μὴ ἄλιον ὡς ἄλιον, quasi scilicet Deus impios causaliter & efficaciter trahat ut peccent, & ut in peccatis perseverent.

3. Παρεγὶ τὸ ἐπόμενον. Impii traditi sunt in sensum reprobum: Ergo pro impiis Christus non est mortuus. Ita arguis. Error consequentia.

XXIII.

XVII. Arguis IV. ex effectis, quæ ad solos credentes *Ioh. 3. v. 16. Act. 10. v. 43. Rom. 3. v. 22. 26.*

RESPONDEO I. Tale instituis argumentum: Effectus mortis Christi tantum credentibus competit. Ergo Christus pro credentibus tantum est mortuus. Probas Antecedens ex *Ioh. 3. v. 16.* ut omnis qui credit in eum non pereat &c. *Act. 10. v. 43.* Huic omnes Prophe-
tæ &c.

2. Laboras incassum! Nemo negat effecta mortis Christi, quæ sunt remissio peccatorum *Act. 10. v. 43.* justitia *Rom. 3. 22.* vita æterna *Ioh. 3. v. 16.* respectu applicationis efficaci pertinere ad solos credentes. *vide supra th. 3. §. 3.*

3. Vagaris extra quæstionis limites: Queritur, an Christus ex voluntate Dei-patris factus sit victima pro aliquot duntaxat hominibus, non pro omnibus Adami posteris? U-
num

trum eligis? an prius? Ad eisdem, monstra mihi unicam literam pro exclusiva in scriptis, ubi Christus expressè dicatur victima pro solis fidelibus, non autem pro toto mundo, ut quidem perspicuè asseritur *Iob. 1. v. 30. Iob. 6. v. 52. 1. Iob. 2. v. 3.* Parum tibi prodest, si vel sexcenta collegeris pertinentia ad applicationem efficacem.

4. Error ἡ δὲ τὸ Συμβεβηκός. Philosophus inquit: causalium essentiam non mutari effectuum crebritate aut raritate. Et, non tolli potentiam per objecti ablationem. Et, vitio patientis non debilitari virtutem agentis.

5. Theologus infert: meritum Christi per sese esse λύτρον sufficientissimum, oblatum pro toto mundo, neque infringi vitio incredulorum, sed sive accipiatur sive non accipiatur, manere nihilominus hostiam pro omnium hominum peccatis in ara crucis benignissimè ac sufficientissimè oblatam.

6. Quare quæ de applicatione afferuntur ex *Heb. 9. 16. 17. Rom. 8. 15. 16. 17. 2. Tim. 1. v. 10. Rom. 5. v. 10.* eodem laborant elencho, ut proinde novo examine non indigeant.

XXIV.

XVIII. Arguis V. Christus pro solis fidelibus oravit *Iob. 17.* at partes officii sacerdotalis inseparabiles esse contra Pontificios ex *1. Iob. 2. v. 1. 2.* rectè defenditur. E 3 RE-

RESPONDEO 1. Nulla consequentia. Nam hoc est argumentum: Si Christus pro solis fidelibus oravit, mortuus est pro solis fidelibus. Prius est verum. Ergo. Ratio consecutionis: quia partes officii sacerdotalis sunt inseparabiles 1. *Ioh. 2. v. 1. 2.*

2. Probatio nulla. Sic enim agis: partes officii sacerdotales sunt inseparabiles. Quid tum? nemo sequestrat partes officii sacerdotalis. Nemo verò exinde delivabit hoc: Christus *Ioh. 17.* pro solis fidelibus oravit: Ergo pro solis fidelibus est mortuus. At particularis illa oratio exactissimè metiatur officium Christi sacerdotale etiam atque etiam vide, particulare non complet τὸ ἁγιώδες.

3. Inquis: pro quibus Christus oravit, pro iis quoq; mortuus est. Ponis rationem: Quia partes officii sacerdotalis sunt inseparabiles. Assumo: Atqui oravit pro impiis Judæis *Luc. 23. v. 34.* qui quidem non peccabant in spiritum sanctum, inter quos dubio procul plurimam propter incredulitatem suam perierunt, disputante *Chrysost. hom. 6. super 1. ad Timoth. Theophyl. in comment. super Lucam pag. 243. & super priorem ad Timoth. pag. 681.*

4. Hujus loci est adhortatio & argumentatio Apostoli *1. Tim. 2. v. 1. & seqq.* obsecro igitur primum omnium &c. de qua *Chrysostomus*

mus fol. 94. Imitare Deum tuum. Si omnes ille vult salvos fieri, meritò pro omnibus oportet orare: si omnes ille salvos fieri cupit, illius & tu obtempera voluntati &c. confer Theophyl. in comment. pag. 681. Prosp. in Resp. ad Object. Vincent. resp. 2. pag. 339. Dana. in comment. fol. 442. operum. XXV.

XIX. Inquis: *Iob. 17.* Christus oravit pro solis fidelibus, non pro mundi: Ergo pro solis fidelibus est mortuus, non autem pro mundo.

RESPONDEO. I. Christum mortuum esse pro mundi vita, constat *ex 6. cap. Iohannis*, non moror adversariorum glossas.

2. Ergo non procedit argumentum: Oravit pro solis fidelibus. Ergò pro solis fidelibus est mortuus.

3. Ratio, Quia precatio illa est peculiaris, spectans ad Ecclesiam, quam Filius Dei singulari amore prosequitur; ac proinde peculiari intercessionis modo dignatur *Heb. 7. Rom. 8.*

4. An verò existimabis, particulari illo orationis modo meritum, Christi trahi posse ad angustissimos carceres, ut non nisi paucissimos in mundo homines concernat? Hoc proba.

5. Nec displicet omninò glossa marginalis Dn. Lutheri: Ich bitte nit/ daß du der Welt vnd Unglaubigen Fürnemen vnd Thun die lassest gefallen / &c. sonst soll man für die Welt bitten/ daß sie bekehret werde. E 4

6. Error objecti. Agit hic Christus de peccatoribus in spiritum sanctum peccantibus, pro quibus certo modo nō esse orandum docetur 1. Ioh. 5. v. 16.

7. Error κατὰ τὸ ἐπὶ μόνον. Neque tamen inde sequitur, Christum pro illis mortuum non esse, ut quidem Maternus ἄτερ γε φησὶ contendit.

XXVI.

Hactenus de disputatione secunda, quam redigam ad hunc syllogismum:

1. Quaecunque argumentatio 1. abit à quæstionis scopo. 2. Et trahit scripturæ testimonia in sensum alienum. 3. Et hoc agit, ut fucus creetur lectori: Ea est falsa. Talis est argumentatio Materni. Ergo.

2. 1. Abit à scopo. 1. Quia quæstio est de merito Christi, relato scilicet ad omnes, Adami posteris, an sit præstitum pro omnibus sufficientissimè? Hoc verò ne attingit quidem Maternus. 2. Quia quæstio non est de merito Christi, quatenus refertur ad solos fideles, iisque, mediantibus verbo ac sacramentis, applicatur? Nemo negat, & tamen in hujus rei probatione utramq; replet paginam.

3. 2. Trahit scripturæ dicta in alienum sensum. Quæ enim annotantur testimonia, docent, solos fideles participes fieri mortis Christi

Christi adeoque omnium donorum, quæ
 Christus passione ac morte sua promeruit: Eò
 autem trahuntur à Materno, ut stabiliant
 dogma de absoluto quodam Dei decreto,
 quo nimirum Deus maximam humani ge-
 neris partem, absq; ullo incredulitatis intui-
 tu, reprobârit, ex Christi regno proscripse-
 rit, in reprobum sensum tradiderit, atque sic
 de illis hominibus statuerit, ut postmodum,
 completa peccatorum mensura, exitio æter-
 no reservarentur. Ubi verò decretum illud
 absolutum in scripturis?

3. 3 Fucum facit lectori: quippe cum al-
 to silentio prætereat omnia ea, quæ quidem
 adversarii ad hunc usq; diem evomuere con-
 tra Christi meritum, & hoc agit: ac si nihil ve-
 neni contra satisfactionem Domini ac Salva-
 toris nostri alat intus: Et hoc est adversariorum
 antiquum, de quo monui in schola *Theol. Mi-
 scell. q. 15. p. 130.*

4. Ergo argumentatio Materni falsa est:
 id quod erat demonstrandum.



E S

DISPV.

DISPUTATIO TERTIA

DE

QVÆSTIONE I.

AN FIDES PRÆVISA SIT
causa nostræ electionis?

II.

QVÆRIS: an fides prævisa sit causa efficiens nostræ electionis? Negas. At falso: quod $\xi\omega\iota$ Deo demonstrabo.

III.

Hic verò est status controversiæ.

I. Non quæritur, an fides causalitèr ingrediatur Electionem, ita quidem ut propter fidem electi dicamur, quemadmodum olim Pelagiani, & hodie quidam de Pontificiis fabulantur: Quemadmodum enim in justificationis, ita etiam in electionis articulo procedit effatum Apostoli *Rom. 11. v. 6.* si autem gratia jam non ex operibus: alioquin gratia non est gratia.

Ergò oneramus accusatione falsa, quasi doceamus: nos esse electos PROPTER fidem à *Polan. de predest. pag. 15.* profitemur enim sonora voce, omnia à primo vertice ad infimum usque esse merè gratuita, ut gratis electi *Ephes. 1. v. 5.* gratis vocati *2. Tim. 1. v. 9.* gratis justificati *Rom.*

ti Rom. 3. v. 24. Et gratis salvati ac glorificati dicamur Ephes. 2. v. 8. 9.

2. Sed quæritur, an fides causalitèr ingrediatur electionem, ut sit INSTRUMENTUM, per spiritus sancti gratiam sibi applicans meritum Christi, propter quod fide apprehensum à Deo ad vitam æternam electi simus?

3. Vel quæritur, an electi, quâ tales, PROPTER meritum Christi dicantur tales: ita quidem, ut meritum Christi vera fide apprehensum causalitèr reddat electos? Et: an fides hîc debeat considerari *ὀργανικῶς*, *χειρικῶς* relata scilicet ad meritum Christi, idq; sibi approprians, eo profus modo, quo fieri consuevit in executione, puta, in justificatione hominis peccatoris coram Deo?

4. Affirmamus nos orthodoxè: negat Maternus cum suis. Quibus verò argumentis, videbimus. IV.

I. Inquis: Quia causa efficiens tempore posterior suo effecto esse nequit: fides verò est donum, quod in tempore datur. Electio verò est ab æterno.

RESPONDEO. I. *Ἄγωνα ἔλεγχος*: si putas cum Polano fidem, ex nostrorum sententia eo modo esse causam electionis, quasi propter eam facta fuerit electio, agis in-cassum. Quis enim de nostris ita credit, ita profitetur?

2. Error

2. Error ἡγὰρ τὸ πρὸς ἡ. Nam fides in hoc negotio consideratur **IN RELATIONE AD DEUM**: Deum scilicet prævidisse fideles ab æterno, eosque propter meritum Christi fide apprehensum ad salutem æternam **ORDINASSE**. Cave verò existimes in actionibus divinis prius ac posterius habere locum. Qua de re exquisitè philosophatur *Julius Scalig. exer. 307. f. 20.* Et *Hieronymus super 1. caput ad Ephes.*

3. Error τῶς ἀειρέσεως. In scholis notum est: causam non temper esse tempore priorem effecto: quippe cum multoties sint ὁμόχρονα, & non nisi prioritas vel naturæ, vel ordinis, vel dignitatis ibidem obtineat. Quid-ni fides & electio ὁμόχρονα?

4. Inconsequentia: sic arguis: fides datur in tempore: Ergò non potest esse ab æterno. Quasi verò hoc ipsum, quod fit in tempore, respectu Dei præscientis & ordinantis non fuerit? In tempore Christus patitur, in tempore moritur præcognitus ante mundi constitutionem *1. Pet. 1. Heb. 13. v. 9.*

5. Error ἡγὰρ τὸ ζήτημα. Non enim quæritur de fide, ut est donum Dei, quod datur in tempore: sed quatenus refertur ad consilium ac ordinem Dei, ubi omnia præsentissima, præteritum nihil, nihil futurum. Tu verò
 agis

agis de fide secundum respectum priorem, de quo nulla quaestio: Ergo transvolas de genere in genus, pervertis statum, & torques scripturam, quod videbimus.

V.

II. Profers locum *Ephes. 1. v. 4.* Elegit nos antequam jacerentur &c. Et concludis: Electionem esse ab aeterno. Et hoc: Fidem non esse electionis causam, cum detur in tempore.

RESPONDEO 1. In schola tuorum petis id quod est in principio. Nam Beza & Piscator negant electionem esse ab aeterno, distinguendo inter electionem & electionis decretum: ita, ut eligere hic idem sit quod electionis propositum. *vide Piscat. in analysi ad hunc locum pag. 89. Bez. part. 2. annot. maj. pag. 349.*

2. Ex qua hypothesis haec pullulascunt
1. Electionem fieri in tempore. 2. Et esse actionem Dei mere gratuitam. 3. Ac proinde donum gratuitum. Jam vide, quanam in fit vis tuo argumento, quo asseris fidem esse donum Dei in tempore datum: Electionem vero ab aeterno? Sed ad rem.

3. Error ἔμειξ. Ita habet Apostolus *Eph. 1. v. 4.* Sicut eligit nos in ipso ante mundi constitutionem, ut essemus sancti & immaculati in conspectu ejus. Quid hic habes pro te, unde concludere possis, fidem omnimodè, ut ni-

mirum

mirum habet rationem causæ instrumentalis, ex electione removendam?

4. Error compositionis ac divisionis. Vide præcedentia, quæ sic habent: Benedictus Deus & Pater Domini nostri Jesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spiritali in cœlestibus in Christo, ita nos elegit in ipso ante mundi constitutionem.

5. Error *ἁπλῆς*. Sic invertunt adversariorum rationem orthodoxi: Quo modo benedictus Deus & Pater Domini nostri Jesu Christi benedixit nos in omni benedictione spiritali &c. ita nos elegit in ipso ante mundi constitutionem. At enim benedictio illa facta est PROPTER Christum fide apprehensum *Gen. 12. v. 15. Gal. 3. v. 17.* Ergo similiter electio facta est PROPTER Christum fide apprehensum.

6. Sic enim *Theophylactus in comment. pag. 588.* Benedixit nos per Christum, perinde ac elegit nos per ipsum, hoc est, per FIDEM IN IPSUM. Elegit autem ante mundi constitutionem, Ad eundem plane modum *Chrysost. pag. 180. & Oecumenius pag. 559.*

7. Haymo conjungit propositum electionis, electionem, & executionem ita ut exactissima sit harmonia inter hæc omnia. Sic Deus Pater, inquit, præfinivit & statuit in voluntate sua

sua, ut nos in electionem filiorum eius recipe-
remur per Jesum Christum in ipsum, h. e. ut in
ipsum Jesum Christum credentes filii Dei effi-
ceremur per gratiam, qui non eramus per na-
turam secundum propositum voluntatis suæ,
h. e. secundum quod disposuit in voluntate
sua. vide *Oecumen.* pag. 559.

VI.

III. Adis locum 2. *Tim.* 1. v. 9. Et hoc vis:
Electionem esse ab æterno, proinde fidem cau-
saliter considerari non posse in electione: cum
sit donum Dei datum in tempore.

RESPONDEO I. Falsa oppositio! quia
κατ' ἄλλον τρόπον ἐπολήψεως fides refertur vel
ad electionem ipsam ab æterno factam: vel ad
electionis executionem, quæ fit in tempore.

2. Torquetur textus, qui ita habet: Qui
nos liberavit & vocavit vocatione sua sancta
non secundum opera nostra, sed secundum
propositum suum, & gratiam, quæ data est no-
bis IN CHRISTO JESU ante tempora secula-
ria, manifestata, est autem per illuminationem Salva-
toris nostri Jesu Christi. Quid hinc habes pro te?

3. Hoc cine: Electionem esse ab æterno?
Nemo ambigit. An hoc: Electos esse tales
absque Christo fide apprehenso: Ubi hoc
apud Apostolum? Sic ille: Quo modo
liberamur in tempore, eo modo liberavit

nos

nos Deus ab æterno. Quia ab Apostolo decretum liberationis, & ejusdem executio, quæ fit in tempore, conjunguntur *ἀδελφῶν*, quod negari non potest. At enim in tempore liberamur gratis per & propter Christum fide apprehensum *Rom. 3. v. 24. Iob. 3. v. 16. 17.* Ergo eo modo nos liberavit Deus ab æterno: Cum Deo, *monente Primasio*, nihil sit novum, apud quem omnia erant, antequam fierent.

4. Orthodoxè *Primasio pag. 451.* Quantum ad præscientiam Dei ante secula jam donavit. Nam & homines quamvis incerti, solent filiis suis destinare prædia, antequam nascuntur: sicut & alibi dicit: Qui nos prædestinavit in adoptione filiorum ante tempora secularia: quia apud Deum omnia futura jam facta esse noscuntur.

5. Et *Oecumenius pag. 670.* ostendit quod salutem nobis dari per Christum (Nam *ἐν* capitur pro *ἄ* PROPTER) antea præfiguratum erat ante tempora æterna. *Confer Haym. in comment. Chrysostr. homil. 2. in poster. ad Timoth. Theophyl. in comment. pag. 698.* Et cui dubium esse potest, agi hîc de decreto justificationis? Quis verò ex eo removebit Christum fide apprehendendum? Et tamen hoc jam agit *Maternus.*

IV. Ad-

VII.

IV. Addis locum *Rom. 8. v. 29.* & arguis: Fides est electionis consequens, cum sit ex vocatione, vocatio ex electione.

RESPONDEO I. Nihil agis. Hoc verò ut videas, vide ac perpende locum: Scimus quoniam diligētibus Deum omnia cooperantur in bonum, his qui secundum propositum vocati sunt. Nam quos præscivit & prædestinavit conformes fieri imaginis filii sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Quos autem prædestinavit, hos & vocavit: Et quos vocavit, hos & justificavit, quos autem justificavit, illos & glorificavit.

2. Error ἡγὸς τὸ τέλος. Materne, ubi hinc absolutum vestrum decretum, ad quod tanquam ad unicam metam omnes hoc genus argumentationis tendunt? Ubi hinc, ex electione ejiciendum meritum Christi fide apprehensum?

3. Quin potius hinc definiuntur ἁγιῶδες verè sancti, qui sunt: quos Deus i. prævidit. 2. prædestinavit conformes fieri imaginis filii sui. 3. vocavit. 4. justificavit. 5. & glorificavit. Hoc verò nihil omninò derogat merito Christi, propter quod gratis sumus electi: Quin-imo Apostolus explicat exquisitissimè ordinem; quod non sit facta absolutè sed de-

F termi-



terminatè respectu Christi per fidem apprehendendi.

4. Et hoc docent orthodoxi patres. *vide Chrysoft. hom. 1. & 2. in Epist. ad Ephes. hom. 31. in Matth. Theod. super illa verba cap. 9. ad Roman. Iacob dilexi. Hieronym. in comment. sup. 1. ad Gal. Theophyl. ad hunc locum pag. 435. Haymo: Quos præscivit, subaudis, esse credituros & in sua fide permansuros, illos & prædestinavit sive præfinivit sive ordinavit conformes fieri imaginis filii sui. &c.*

VIII.

Neque valent exceptiones:

1. Inquies: præscire idem valere atq; amare & æterno consilio amare. Dicitur enim *Deus amore suo dignatur, Deus nosse, alios vero ignorare. Beza in annot. maj. par. 2. p. 99. Ex Exod. 33. 17. Psal. 1. 6. Matth. 7. 27.*

RESPONDEO I. Non dissimulo: præscientiam divinam coniunctam esse cum amore ineffabili erga electos.

2. Neque improbo, quando Scholastici tres actus in Deo notant respectu electorum, secundum nostrum modum intelligendi, ut sunt: Dilectio, Electio, Prædestinatio. *vide Thom. in parte prima quest. 23. art. 3.*

3. Neque existimo: præscientiam, respectu bonorum, esse nudam Dei notitiam efficaci ope-

ci operatione destitutam. Præclarè *Augustinus* lib. 15. de *Trinit. cap. 13.* universas creaturas & spirituales & corporales, non quia sunt, ideò novit eas Dominus, sed ideò sunt, quia Deus eas novit.

4. Credo nihilominus, inde stabiliri non posse absolutum adversariorum decretum de quibusdam absq; ullo incredulitatis intuitu à Deo repudiatis, & æterno exitio destinatis. &c.

5. Error *ἡ δὲ τὸ ἐμπύκτων* propter falsam oppositionem: Sic enim per oppositionem arguunt: præscientia notat dilectionem: Ergo non prævisam fidem: Ergo electi absq; Christo ut causa meritoria electi sunt. Quasi verò hæc opponantur invicem!

IX.

II. Inquies: absolutum decretum notari hinc *v. 29.* Qui secundum propositum vocati sunt.

RESPONDEO. 1. Non probo, quando quidam propositum interpretantur non Dei sed hominis. *vide Theopbyl. pag. 435. Chrysof. hom. 15. in cap. 8. ad Rom. Oecumen. pag. 342. Ambros. & Theod. ad hunc locum.*

2. Sed probo interpretationem Augustini, qui rectè contendit: propositum referendum esse ad Deum, in explic. aliquot propositionum huius Epistolæ *num. 55. vide Primasium, Anselmum & complures alios.*

F 2

3. Et



3. Et assero : PROPOSITUM hęc notare Dei Beneplacitum, ut etiam *Ephes. 1. v. 9. 2. Tim. 1. v. 9. Rom. 4. v. 5. 6. Rom. 9. v. 12.*

4. Addo, hoc ipsum doceri à meis præceptoribus. *vide D. Hun. in comment. ad Romanos pag. 210.*

5. Addo cum Haymone : Beneplacitum non esse absolutum adversariorum decretum, sed dispositionem Dei patris, qui omnia operatus est secundum consilium voluntatis suæ, hoc est, secundum quod ipse vult & ordinat.

6. Addo cum Primasio : hoc propositum seu beneplacitum Dei in eo consistere, ut sine operibus legis, vel quibuscunque aliis meritis per fidem solam justificentur impii.

7. Ergone gratiosa Dei voluntas seu benevolentissimum Dei decretum seu propositum, quo credentes ab eterno notissimos ac præsentissimos, vocare, justificare, & glorificare constituit, absolutum adversariorum decretum? Ne minimum!

X.

V. Addis testimonium *Act. 13. v. 48.* Fides est electionis consequens, cum sit ex vocatione, vocatio ex electione. Hinc dum vocarentur crediderunt, qui antè erant ordinati.

RESPONDEO. I. Et hæc refers ad vestrum decretum, à quo tamen *δὲ ἀπὸ τοῦ* distat

distant, quemadmodum $\xi\lambda\omega$ $\theta\epsilon\omega$ demonstra-
bimus.

2. Duæ enodandæ quæstiones:

1. Quid sit ORDINATIO illa, de
qua hîc agitur? an illius causa sola & unica sit
gratia Dei, excluso merito Christi fide appre-
hendendo?

2. An fides aliquo respectu dici & ef-
se queat electionis effectum?

3. Quod attinet primum, sciendum
est 1. ad eum modum, ut habet liber Con-
cordiæ, divinam ordinationem meditari oport-
ere, quemadmodum Dei consilium, proposi-
tum & ordinatio in Christo Jesu, qui est liber
vitæ, per verbum nobis revelatur.

4. Sciendum est 2. ad eundem mo-
dum agere Salvatorem nostrum in parabola
de regiis nuptiis *Matth. 22*. Sic ibi. 1. vocan-
tur omnes Judæi *v. 3. 4*. 2. Omnes gentes *v. 9*.
3. Omnes homines *v. 10*. 4. Judæi vocatio-
nem spernunt *v. 3. 4. 5. 6*. 5. Ex invitatis acce-
dunt hypocritæ *v. 11. 12*. 6. condemnantur
contemptores & hypocritæ propter suam in-
credulitatem, *v. 7. 13*.

5. Ergo sciendum est. 3. hanc esse $\tau\acute{\alpha}\xi\iota\upsilon$
seu ordinationem divinam, ut propter incre-
dulitatem damnati damnentur: contrà pro-
pter Christum fide apprehensum salvati sal-

F 3 $\theta\epsilon\omega$ ventur.

I hîc
1. v.

race-
oma-

citum
etum,

a ope-
s suæ,

inat.
situm

at sine
meritis

bene-
situm,

ra sen-
e con-

etum

8. Fi-
x voca-

voca-
nati.

ad ve-

wa
distat



ventur. Quam quidem τὸ ξὺν Christus refert ad electionem ab æterno factam. v. 14. Ergo ordinatio, quæ fit in tempore, quam Evangelium manifestat, est ordinatio illa divina, de qua regula observari debet: Quod fuit in potestate prius, & postea fit actu, est unum & idem sibi ipsi vel numero vel specie, neque essentiâ mutatum.

6. Sciendum est 4. hanc ipsam τὸ ξὺν seu ordinationem de scribi *Act. 13. v. 48.* Nam 1. Apostoli Judæis annunciabant verbum Domini v. 17. & seqq. 2. Ipsi iudæi verò contradicebant concioni Apostolica v. 45. 3. Apostoli à contemptoribus illis discedunt v. 46. 4. Et convertunt se ad gentes v. 47. 5. gentes gavisæ glorificabant verbum Domini v. 48. 6. Et crediderunt quotquot erant ordinati ad vitam æternam ibid.

7. Hic nota 1. Quæstionem de iudæis abiicientibus sermonem Apostolorum. Ecce illi non ordinati ad vitam æternam? an propter absolutum reprobationis decretum? Obstat 1. labor Apostolorum, qui, Deo seriò volente, ac iubente, iudæis verbum Evangelii annunciârunt. 2. Obstat ratio, quam notant Paulus & Barnabas v. 46. vobis oportebat primum loqui verbum Dei: sed quoniam repellit illud, & indignos vos iudicatis vitâ æternâ, ecce convertimur ad gentes. 8. II. No

8. II. Nota argumentum de gentibus credulis cum gaudio sermonem Domini acceptantibus: Et quære; cur gentes ordinatæ ad vitam æternam? absolute decreto? Exclusa Christi satisfactione fide apprehendenda? Quod ex Apostolicis verbis deduci non potest.

9. III. Nota igitur conclusionem: Quo modo iudæi increduli ordinati sunt ad exitium: Eo modo gentiles ad vitam. Ratio. Quia hæctenus opposita pari ambulant passu *Ioh. 3.v.16. Mar. 16.v.16.17. Rom. 11.v.20.*

10. At enim iudæos incredulos ad exitium ordinatos esse non absolute Dei decreto, sed propter incredulitatem Deo in ordinatione sua præsentissimã clarum est *ex v. 46. & Matt. 23. v. 38.* Ergo &c. Quod ut evadat clarius II. IV. Nota quæstionem. 1. Quære: annon hîc agitur de ordinatione filiorum Dei ad vitam æternam? Quis negabit cum textus affirmet: quotquot erant ordinati ad vitam æternam? 2. Quære: annon ordinatio illa divina est decretum Dei de iustificandis ac salvandis credentibus? Quis negabit? 3. Quære: an decretum Dei de iustificatione ac salvatione excludat fidem in Christum? Neque hoc affirmabis, cum nemo ex tuis ambigat. Quære igitur 4. annon decretum iustificationis ac

F 4. salu-

efert
Ergo
geli-
qua
po-
st u-
vel

v seu
am i.
Do-
ntra-
Apo-
. 46.
gen-
. 48.
ti ad

dæis
ccur
pro-
Ob-
vo-
i an-
stant
t pri-
belli-
ernã,
No



salutis seu vitæ æternæ est ordinatio limitata in Christo vera fide accipiendo? Negas? annon eo modo justificantur & salvantur justificati ac salvati, quo modo Deus ordinaverit ac decreverit æterno suo consilio nos justificare ac salvare, & contra? *vide Polan. de predest. p. 46.* Quod nemo sobrius negabit, nisi velit reale discrimen inter decretum & executionem ipsam contra omnem scripturam fingere.

12. Habes igitur in textu Apostolico ordinationem quandam, absolutum tuum decretum nondum. Habes ordinatos ad vitam æternam: ordinationem illam factam absque Christo fide suscepto nondum. Habes ordinatos ad vitam æternam credidisse & acceptasse Sermonem Domini. Quid tum? Ordinationem illam ad vitam æternam absoluto quondam decreto factam, quemadmodum somniat Calvinus, & qui eum κατὰ πόδα sequuntur, nondum habes.

13. Committis igitur 1. fallaciam definitionis. 2. fallaciam compositionis ac divisionis. 3. ἠδὲ τὸ τέλος, quippe cum falso definias ordinationem, de qua Apostolus: Neque observas consequentia & antecedentia, ubi satis ostenditur, non esse absolutam illam ordinationem, sed determinatam ac limitatam, *p. 46.* Et hæc omnia refers ad hunc finem, ut
 expo-

Expoliant absolutum electionis & reprobationis decretum, circa quod repunt Calvini discipuli. Haecenus de quaestione prima. Ad secundam.

XI.

Arguis 6. Fidem nihilominus esse effectum electionis, cum textus ita sonet: Et crediderunt, quotquot ordinati erant ad vitam aeternam: Unde quaestio: num fides possit dici ac esse electionis effectum?

RESPONDEO. I. Quidni? Sic enim Apostolus ad Phil. 1. v. 29. gratis datum est vobis in Christi negotio non solum in eum credere, sed etiam pro eo pati.

2. Quomodo verò electio est causa omnium eorum, quæ ad salutem nostram requiruntur? Respondebo verbis charissimi mei Praeceptoris & Promotoris D. Mentzeri in dissp. 14. tom. 1. thes. 173. Quæ quidem, inquit, verè prædicantur de electione propter Dei propositum, secundum quod sancta est electio, & propter principem electionis causam nempe Dei gratiam & dilectionem, ex qua est Christus mundo datus, qui Evangelium nobis manifestavit, ex cujus auditu fides, quâ salvamur.

3. Explico: fides habet sese instrumenta-liter ad electionem, quatenus est pars electionis. Non enim electio stare potest absque me-

rito Christi: Neque meritum Christi absque fide restringi & determinari potest ad certos homines, quos scriptura appellat paucos *Mat. 22.* Neque tamen obstat, quò minus fides dici queat effectum electionis propter gratiam Dei, ex qua tanquam ex perenni fonte fluunt Christus mundi Salvator, prædicatio Evangelica, & fides, iuxta illud *Rom. 10.* Fides est ex auditu, auditus autem per verbum Dei.

4. Quinimò fides consideratur ut Dei donum in electione, quæ quidem respectu Dei eligentis rationem effecti, respectu hominum electorum apprehendentium in Dei consilio & ordinatione Christi meritum rationem habet causæ instrumentalis. Referrì ergò fidem ad Deum, perspicuum est, & meritò Pelagianis ab orthodoxis opponitur, fidem esse donum Dei ex gratuito favore eligentis fideles sibi præcognitos: Et refer fidem ad electos, perspicuum est, electos esse tales propter satisfactionem Christi fide apprehensam: Et refer hæc omnia ad executionem decreti de eligendis fidelibus, non dubium est, quin dependant ab electione gratuita, qua Deus in tempore miserit ac dederit filium suum, & verbum Evangelii prædicaverit, & per verbum Evangelii fidem in cordibus piorum accenderit. Palam ergò, fidem κατ' ἄλλον ὑπολήψεως τρόπον
causæ

causæ & effecti rationem habere.

5. Quamobrem Augustinus negans nos electos esse, quia crediderimus, sed potius ut credamus, disputat hactenus contra Pelagianos, qui docebant: fidem esse ex nobis, ei que meritum tribuebant, propter quod electi dicamur *lib. 1. de predest. sanctorum cap. ult. lib. 1. Retract. cap. 23.* aliàs dilertè affirmat de iis, quos præsciverit Deus qui fuerint credituri, pronunciâsse Christum, quod sint ex Deo. *vide August. tract. 4. in Iohan. de bono perseverantia cap. 14. & 18. vide Fulgent. ad Monimum.* Neque erit difficile Augustinum & Primasium ad eundem planè modum disputantem contra Pelagianos *in comment. super 1. cap. Ephes. p. 337.* cum aliis patribus expressissimè referentibus fidem ad electionem ut causam instrumentalem, *puta cum Hieron. in cap. 8. ad Rom. Theophyl. in comment. ad Rom. 8. & 11. Ambrosio, Chrysostomo, Oecumenio, & aliis conciliare:* quod quidem more suo conati sunt nonnulli ex scriptoribus Pontificiis, quos notat *Bened. Pererius disp. 28. in cap. 8. ad Rom. fol. 949.* Alia verò huius conciliationis ratio ineunda est, quemadmodum per Dei gratiam plenius ostensuri sumus, si Maternus ad ea, quæ dixi, responderit. Hæc iam sufficiant.

6. Ex.

6. Ex quibus constat 1. Nullam esse oppositionem: Si dixerimus, fidem esse & causam & effectum electionis secundum diversum considerandi modum. 2. Et nullam esse discrepantiam inter Augustinum & alios Patres: ex quibus liquidò constat, retulisse eos fidem ad electionem causalitèr. 3. Imò fidem ut donum Dei in disputatione Antipelagiana semper considerari oportere.

4. Hoc verò ne minimum quidem prodesse adversariis pugnantibus pro absoluto decreto electionis ac reprobationis. Hæc est Helena, cujus gratia saltant, atque propter hunc scopum adducitur argumentum: Quia fides est medium ad propositum Electionis exequendum destinatum. Quod adversariorum argumentum eodem gladio jugulari potest, quo præcedentia jugulata sunt. Ad alia.

XII,

Arguis. 7. Electio est causa efficiens fidei. Ergo fides non est causa Electionis. Probas antecedens ex locis *Rom. 11. v. 5. Iacob. 2. 5. Ioh. 17. v. 20. Ioh. 10. v. 26.*

RESPONDEO. I. Error à dicto secundum quid ad dictum simpliciter. Nam Electio est fidei efficiens, non quâ totaliter, sed quâ partialiter consideratur: hoc est, Electio non secundum TOTUM sed secundum PARTEM,

TEM,

T E M, quæ est Dei misericordia, ex qua omnia salutis media promanant, fidei efficiens dicenda est: Neque aliud ex annotatis testimoniis elici potest.

2. Sic enim habetur *Rom. 11. v. 5.* Reliquiæ secundum Electionem gratiæ salvæ factæ sunt: Quod est, secundum prædestinationis donum reliquiæ salvæ factæ sunt, non secundum merita operum ipsorum: Quod nemo negat, nisi velit astipulari Pelagianis. *vide Oecum. in comment. pag. 357. Chrysoft. hom. 18. in cap. 11. ad Romanos.*

3. Sic *Jacob. 2. v. 5.* Nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo, divites in fide & hæredes regni, quod repromisit diligentibus se. Nihil agis Materne: cum manifestum sit ex hoc loco, Electionem nostram citra intuitum fidei in Christum factam non esse. Quò spectat etiam illud Paulinum *2. Thes. 2. v. 13.* Elegit nos Deus ab initio ad salutem per sanctificationem spiritus & fidem veritatis.

4. Sic *Ioh. 17. v. 20.* Non pro eis oro tantum, sed & pro eis qui CREDITURI sunt per verbum eorum in me. Hocceine vis? Benè est! Habes ibi electos credituros, an & hoc quòd contendis: Electos nõ esse tales propter Christum redemptorem fide apprehensum? Hoc verò mihi ostende, si potes. Non potes.

5. *Ioh. 10.*

5. *Joh. 10. v. 26.* Vos non creditis, quia non estis ex ovibus meis. Argumentum à proprio adiuncto. Oves enim, quæ tales, vocem Pastoris audiunt, eumque vera fide sequuntur *vers. 14. 15. 16.* Unde argumentatio Christi: Quicumque non credunt, non possunt esse de ovibus meis. Ratio. Oves meæ credunt ac sequuntur me pastorem suam. Atqui Pharisei non credunt. Ergo non sunt de ovibus meis. Vel, quia in demonstratione locum habet reciprocatio: Judæi non credunt. Ratio: quia non sunt ex ovibus Christi. Unde argumentatio. Quicumque non sunt ex ovibus Christi, illi non credunt. Atqui Pharisei non sunt ex ovibus Christi. Ergo non credunt. Quid Materne in utraque argumentatione habes pro absoluto tuo reprobationis decreto? Quid pro tuo falso principio? fidem tantum considerari in hoc negotio ut effectum, non ut causam instrumentalem respectu electorum? Quod sane ex nullo scripturæ testimonio deduci potest.

XIII.

Jam tendis ad Dei beneplacitum, & contendis solum Dei beneplacitum esse electionis efficientem. Adducis aliquot scripturæ testimonia, quæ examinabimus.

I. *Deut. 7. v. 7. 8.* Te elegit Dominus Deus
 US TU-

us tuus, ut sis ei populus peculiaris de cunctis populis, qui sunt super terram. Non quia cunctas numero gentes vincebatis, vobis iunctus est Dominus & elegit vos, cum omnibus sitis populis pauciores: sed quia dilexit vos Dominus, & custodivit iuramentum, quod iuravit patribus vestris: Eduxitque vos in manu forti, & redemit de domo servitutis, de manu Pharaonis regis Ægypti.

RESPONDEO I. Extra orbitam. Quæstio est de electione ad beatitudinem eternam, hinc verò agitur de beatitudine temporali populi iudaici, qua præ omnibus aliis populis numero maioribus eminuit. Nam Deus duxit iudæos mirabiliter, eduxit in manu forti, & redemit de manu Pharaonis & de domo servitutis, ut habetur *vers. 8.* imò non taliter fecit ulli nationi. Quid verò hoc ad præsens nostrum institutum, ubi agimus de electione ad vitam æternam?

2. Dividis coniungenda. Vide enim *v. 13. 14. 15.* Et videbis de benedictione temporali sermonem institui. Benedicet fructus ventris tui, & fructui terræ tuæ, frumento tuo atque vindemiæ, oleo & armentis & gregibus ovium tuarum super terram, pro qua iuravit patribus tuis, ut daret eam tibi. Benedi-

ctus

ctus eris inter omnes populos. Non erit apud te sterilis utriusque sexus &c. Hæc omnia ad Electionem illam, de qua dicit Dominus v.7. referri debent. Quomodo verò ad Electionem illam, de qua differimus?

3. Elenchus ab eo, quod est κατὰ τὴν, ad id quod est ἀπὸ τῆς. Quis negat, dilectionem Dei causam Electionis? Quis contra ex nostris affirmat: nosmet esse Electionis causam, ut simus propter merita nostra electi? Hactenus ergo habes solam Dei dilectionem, propter quam populus iudaicus præ cæteris gentibus à Deo electus populus sanctus, v.6. Hæc verò, si referre velis ad electionem, putasne meritum Christi esse ex electione abigendum? Hoc proba.

4. Adde populum iudaicum electum esse propter Dei iuramentum. Sic enim v.8. Elegit vos cum omnibus sitis populis pauciores: QUIA DILEXIT vos Dominus & custodivit JURAMENTUM, quod iuravit patribus nostris. En in electionis decreto habebis Dei iuramentum, & gratiosam voluntatem erga populum iudaicum! Hic verò responde ad hoc, quod quæro: iuramentum illud vel voluntas illa gratiosa fuitne simplex an verò limitata seu determinata? An' fuisse simplicem seu absolutam, non habentem ἀξίωσιν ad Meritum

ritum

ritum Messiae vera fide apprehendendum?
 Refutabuunt te verba v. 12. Si postquam audie-
 ris hæc iudicia, custodieris ea & feceris: custo-
 diet & Dominus Deus tuus pactum & miseri-
 cordiam, quam iuravit patribus tuis. Hæcte-
 nus igitur absolutum tuum decretum pro quo
 pugnas, labitur. Idem iudicium de loco *Deut.*
10. v. 15.

XIII.

II. Pergis ex *Rom. 9. v. 11.* Cùm nondum
 nati essent, aut aliquid boni egissent aut mali,
 ut secundum electionem Dei propositum ma-
 neret: non ex operibus, sed ex vocante, dictum
 est ei: quia major serviet minori.

RESPONDEO I. In toto capite nono
 Epistolæ ad Rom. non agi ex professo, quod a-
 junt, de prædestinatione, sed potius de assum-
 ptione populi gentilis ad regnum Messiae, &
 abiectioe populi iudaici propter contem-
 ptum & incredulitarem, abundanter probant
D. Mentzerus in sua analysi quæ est rom. 1. disp.
Giessens. & Dominus Schröderus in analysi edi-
ta anno 1608. & excusa Swinfurti, ad quam
Maternum remitto: respondeat, si potest, &
notet interea in argumentatione errorem πα-
ρὰ τὸ μέτρον.

2. Cæterum hîc agi de externa præroga-
 G tiva

tiva primogenituræ, & quæ huic annexa erat, promissione terræ Chanaan, nihil autem, si proprium sensum spectes, de æterna vel electione vel reprobatione, doceri ac evinci potest partim historiâ *Gen. 25. v. 23.* Et sermone Prophetico Malachiæ *cap. 1. v. 2.* Qua de re nos alibi. Jam accedamus propius:

3. Urges Dei beneplacitum? Bene est! Scito verò hoc Dei beneplacitum pro objectis habere non Jacobum & Esavum in individuo, (quemadmodum Calvinus Apostolicum textum ad suum electionis ac reprobationis absolutum decretum torquet) sed posteritatem Jacobi & Esavi. Ita enim scribit *orthodoxè ea de re Primasius in comment. pag. 95.* Non in Jacob & Esau est impletum, sed in figura dictum est populi Christiani, qui prælatus est seniori populo judæorum: sicut & Ephraim & Manasses præfiguraverunt populum juniorem, id est, Christianum qui sunt mutatis manibus benedicti. Et quod in Genesi dictum est, hoc Propheta non de ipsis sed de filiis eorum refert impletum: quod testimonium Apostolus sumens curiositatem & calumniam repressit, asserens quod nulla sit iniquitas apud Deum: sed quicquid agit aut misericorditer aut judicialiter agit: Hactenus Primasius: quod sanè textui exactissimè respondet, ut nihil habere possis pro

Bene-

Beneplacito Calvinii referendo ad Jacobum electum & Esavum reprobatum.

4. Quid igitur hîc agit Apostolus? Hoc totum agit, disputante Primasio, ut ostendat apud Deum prærogativam generis non valere: nec eum personam alicujus accipere. Non enim solum Ismaël & Isaac, qui quamvis ex uno Abraham, tamen diversis matribus nati sunt, non fuere unum, sed etiam Jacob & Esau, qui ex uno sunt de Rebecca nati concubitu, antequam nascerentur per ejus præscientiam sunt ad invicem separati, ut propositum Dei in præsentia sua maneret, qua repudiaturus erat judæos incredulos, & gentibus sine ullis meritis erat misericordiam donaturus. Jam vide, quomodo hic Apostoli scopus consentiat cum adversariorum commento de absoluto reprobationis decreto, ad quod Maternus cum suis trahit Dei Beneplacitum, quod probè notabit lector in tota hac *Ἀγωνίῃ*.

5. Præterea: Apostolus in hac sua narratione accommodat se ad argumentationem judæorum. Potuissent enim objicere in hunc modum: Quid mali commisimus quod ex regno suo ejicere nos velit Deus, & gentes assumere? Quibus occurrit Apostolus disse-

rens, hoc Deo soli notum, hominibus non i-
tem, ac probans id ipsum exemplo Jacobi &
Esavi. Non inconcinne *Oecumenius in com-
ment. pag. 347.* Docendo propositum Dei,
consilium ejus significavit: dicens verò secun-
dum electionem, ostendit, quod à se invicem
differrent: Nullus enim alterum præ altero e-
ligit, nisi hoc ab illo in aliquo dissideat. Dicens
autem: non ex operibus, vocationis ac gratiæ
ipsius magnitudinem demonstravit. Nam cum
nihil operati sint eligit & adsciscit. Verùm si
cum nihil operati sint, quo pacto elegit: nobis
etiam electio sit in his, quæ in aliquo differunt:
qui autem nihil operati sunt, in quo differunt?
Maximè. Humanis namque oculis cum nihil
egerint, in nullo differunt: divina autem futu-
ri præcognitione plurimum differunt. Nam il-
le quidem gratus fuit Deo, hic autem non. Vo-
catio itaque non ex operibus facta est, & à vo-
catione & gratia facta est, & justè facta est: sed
justitia hominem latebat. Quemadmodum
sanè & nunc adhuc justitia later, quæ fuit in il-
lorum occisione, qui vitulum fecerant: Cum
enim vitulam fecissent, non omnes interempti
sunt. Verùm quanquam in horum interfectio-
ne justitia latuerit, tamen universorum judici
exactè & absque ullo errore cognita est. Hæc
ille. *Confer Chrysof. serm. 16. in cap. 9. ad Rom.*

pag. 114.

pag. 114. Theophylact. in comment. pag. 438.

6. Adde quæstionem, quæ ita habet: Inquis, Esavum odio fuisse à Deo habitum & intelligis ipsum individuum. Annon? quæro igitur, annon absque consideratione peccati Deus Esavum odio habuerit, cum Apostolus dicat: cum nondum nati fuissent, aut aliquid boni egissent aut mali? Inquies Deum absolute quodam decreto Esavum reprobasse, atque sic odio habuisse. Audio hoc; at verò quod meum pectus exaturet nondum audio. Responde ergo categoricè: An Esavus absque intuitu peccati abjectus reprobatus & odio habitus fuerit à Deo? Ut scire possim plenè ac planè sententiam Apostolicam, ex qua absolutum tuum decretum torquere satagis. Quid respondes? Absolutène absque intuitu peccati odio habitus Esau? Quid ergò respondes ad locum libri *Sapientiæ cap. 11*. Diligis omnia quæ sunt, & nihil odisti eorum quæ fecisti? Quid ad hoc *Haymonis super hoc quæsitum*: Non odit naturam quam fecit, sed peccatum & vitium quod non fecit: Jacob autem dilexit suam misericordiâ gratuitâ; Esau odio habuit justo iudicio. Et cum ambo originali peccato maculati essent, quod unum dilexit, ejus misericordia fuit: quod verò reprobavit alterum, justum iudicium ejus extitit.

G 3

7. Ad-

7. Adscribam locum insignem Augusti-
 ni *lib. 1. quest. ad Simplic. quest. 2.* Enitendum
 est hoc loco, inquit August. si Dominus adju-
 vet, videre, quemadmodum & illud verum sit
 quod alibi scriptum est: nihil odisti eorum,
 quæ fecisti. Et illud: Jacob dilexi, Esau odio
 habui. Si enim propterea odio habuit Esau,
 quia factus erat vas ad contumeliam: quomo-
 do verum est illud: nihil odisti eorum, quæ fe-
 cisti? Ecce enim Deus odit Esau, quem tamen
 ipse fecit vas in contumeliam. Sed hic nodus
 ita solvitur, ut intelligamus omnium creatura-
 rum conditorem esse Deum, & omnem crea-
 turam Dei bonam esse: Et omnis homo in
 quantum homo est, creatura Dei & bonus est,
 non autem in quantum peccator. Est itaque
 Deus creator & animi & corporis humani: Et
 neutrum horum malum est, & neutrum odit
 Deus, quia nihil odit eorum quæ fecit: sed odit
 in homine peccatum, quod non Deus fecit,
 sed homo ipse propria & prava voluntate fe-
 cit. Est enim hominis peccatum inordinatio
 quædam & perversitas, id est, à præstantiore
 conditore aversio, & ad condita inferiora con-
 versio. Non igitur odit Deus *Esau Hominẽ*, sed
odit Deus Esau peccatorẽ. Hactenus Augustinus.

8. Ex quo constat in argumentatione A-
 postolica non valere Beneplacitum adversario-
 rum,

tum, quod simpliciter ut fidē itā quoq; incredulitatem prævisam ex Dei decreto eliminat. Ubi hoc, Materne, in tota disputatione Apostoli? Ubi apud interpretes orthodoxos? Ubi apud *Primasium*, qui in hoc argumento accuratè sequitur *Augustinum*? Ubi apud *Chrysostr.* *Theophyl.* *Oecum.* *Theod. Græcos*? Ubi apud *Augustinum*, quem tamen Theodorus Beza pro se allegat, & quis non è vestra turba? Ubi apud Fulgentium? fidelissimum Augustini interpretem, qui sic scribit lib. 1. ad *Monimum*: Quæso, Monime charissime, ut hunc locum Apostoli diligenter attendas. Notum namque est iram Dei dici non posse, nisi ubi creditur hominis iniquitas præcessisse? Quorsum te vertis, committis fallaciam *ἰσχυρὰ τὸ κῆμα τῆς λέξεως*, interpretans scilicet Apostoli propositum electionis de absoluto quodam decreto, à quo tamen longissimè distat. Idem fabricare contendis ex aliis scripturæ testimoniis, ut videbimus.

XIV.

III. Concludis id ipsum ex cap. 1. *Ephes. v. 5.* Qui prædestinavit nos in adoptionem filiorum per Jesum Christum in idipsum, secundum propositum voluntatis suæ.

RESPONDEO I. Laboras in cassum. Non potes enim ex hoc loco deducere absolutum illud Dei consilium, de quo blaterant vestri:

G 4

Et

Et si potes, monstra hujus rei probationem apud Apostolum. Admodum familiare est adversariis ponere pro certo ac deciso, de quo tamen maxima lis, alto silentio præterire quod in testimonio scripturæ juxta scopum ac phrasin Spiritus sancti explicandum erat.

2. Notat hîc Haymo Dei ordinationem, de qua sic differit non minus accuratè quàm orthodoxè: prædestinare est præordinare & præfinire, quando illud, quod facturi sumus, longè ante præfinimus in corde, quando & quomodo illud opere impleamus. Adoptio autem sive optio dicitur electio. Unde dicimus optionem, id est, electionem. Sic ergo Deus Pater præfinivit & statuit in voluntate & dispositione sua, ut nos in Electionem filiorum ejus reciperemur per Christum Jesum in ipsum, h. e. ut in ipsum Jesum Christum credentes filii Dei efficeremur per gratiam, qui non eramus per naturam. Secundùm propositum voluntatis suæ, id est, secundum quod disposuit in voluntate sua.

3. Et quis negabit propositum (beneplacitum) voluntatis divinæ referri ad Christum, propter quem electi juxta benevolentissimum Dei beneplacitum dicantur electi? Vel: annon beneplacitum hîc refertur ad adoptionem? Sic enim Apostolus: Quo prædestinavit nos ad ado-

ad adoptionem per Jesum Christum, ad ipsum, juxta beneplacitum voluntatis suæ. An verò adoptio illa absque fide in Christum facta est, cum expressè scribat Johannes c. 1. v. 17. quotquot receperunt eum dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine ejus? Ergò beneplacitum illud tendit ad adoptionem. Ergò limitatur Christo fide accipiendo. Ergò non est absolutum aliquod decretum de quo garrunt adversarii.

4. Cæterum *Theophylactus* Beneplacitum interpretatur bonam Dei voluntatem, eamq; appellat voluntatem præcedentem. Sic scribit in *comment. pag. 589.* Bona voluntas est, seu beneplacitum, præcedens voluntas Dei, atq; ad eò prima voluntas Dei, ut nemo pereat. Non enim necessitate coactus punit, sed nolens. Quare beneplacitum est Dei voluntas. Ad eundem modum *Chrysostomus ad cap. 1. Ephes. pag. 181. Damasc. lib. 2. de orthodox. fide cap. 29.* Quomodo si secundum beneplacitum hoc suum Deus omnes omninò vult salvos fieri, absolutè quosdam & quidem plurimos reprobavit ac destinavit ad æternum exitium: quemadmodum circa hoc Dei beneplacitum vociferantur Calvinistæ, & cum iis Maternus Calvinista? Et fidem hîc non excludi suprâ ostendimus. Tu verò pergis ad alia.

IV. Resumis *cap. 9. Epistola ad Rom. & ex eo* pro absoluto tuo decreto profers *v. 21.* An non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud verò in contumeliam?

RESPONDEO I. Ne minimum agis, cum abeas à scopo Apostolico, quod quidem vobis in hoc potissimum argumento, quando de vero ac genuino sensu Apostolico disquiritur, admodum solenne est: quod probo.

2. Ecquid vult Apostolus hoc finali? an eodem decretum vestrum stabilit? Erras. Sic enim habent verba antecedentia *v. 19. 20.* Dicis itaque mihi, quid adhuc queritur? voluntati enim ejus quis resistit? O homo tu quis es qui respondeas Deo?

3. Unde argumentum: Quæstio & medium sunt homogenea. Quæstio verò est: an judæi justam habeant causam murmurandi contra Deum, cum eos iustissimo suo iudicio è regno Messiaæ exterminaverit, contra verò populum gentilem gratuito favore ac benevolentia assumpserit? Negat hoc Apostolus partim objurgando iudæorum perfrictam frontem, partim illustrando id ipsum peculiari quodam simili.

4. Ad hunc igitur scopum tendunt verba
Apo-

Apostolica: Annón habet potestatem figulus luti &c. & coincidunt cum gravissima Christi obiurgatione & exprobratione, quæ est in parabola de vinea *Matth. 20. v. 15.* Non licet mihi quod volo facere in rebus meis? an oculus tuus nequam est quia ego bonus sum? Et referenda sunt ad fontes.

5. Sic enim *Ier. 18. v. 4. 5. 6. 7.* Nunquid sicut figulus non potero vobis facere, domus Israël? ait Dominus: Ecce sicut lutum in manu figuli, sic vos in manu mea domus Israël. Repentè loquar adversus gentem, & adversus regnum, ut eradicem ad destruam & disperdam illud. Si pœnitentiam egerit gens illa à malo suo, quod locutus sum adversus eam, agam & ego pœnitentiam super malo, quod cogitavi ut facerem ei. *vide & 45. & 64. v. 8.*

6. Quid hæc sibi volunt? asserit Dominus, se plenariam potestatem habere instar figuli in vasa, in universos homines, ut coronet pœnitentes, contra verò devastet ac destruat impœnitentes: neque quempiam habere justam querendi causam. Et id ipsum tractat Apostolus in argumento de iusta punitione & abiectione populi iudaici è regno Christi, quod sane ne minimam quidem affinitatem habet cum absoluto quodam reprobationis decreto.

7. Quæro: Num hîc locum habeant peccata præcedentia, ob quæ puniuntur impœnitentes

nec ne? cum Apostolus v. 17. subjiciat exemplum de Pharaone, aliaque quæ non obscure impœnitentiam populo Judaici ostendunt? audi *Primasium in comment. pag. 100.* ex Augustino differentem: De Pharaone, inquit, ita respondetur: prioribus gravaminibus quibus afflixit in regno suo peregrinos, dignum effectum cui obduraretur cor, ut nec manifestissimis signis iubentis Dei crederet: Ex eadem ergo massa id est peccatorum, & vasa misericordiae protulit, quibus subveniret, cum eum deprecarentur filii Israël, & vasa iræ, quorum supplicio illos erudiret, id est, Pharaonem & populum eius: quia quamvis essent utriq; peccatores, & propterea ad unam massam pertinerent: aliter tamen tractandi erant, qui uni Deo ingemuerant, ut eis subveniret: aliter illi sub quorum iniustis oneribus gemuerant &c. Hactenus Primasius ex August. Tu, quid pro Beneplacito Calvinii, quo omne præcedens peccatum excluditur?

8. Vides, Materne, te longissimè abire à scopo Apostoli: qui exemplo allato nihil aliud agere & probare vult, quàm auditori cum omni vehementia exuperantiaq; quadam persuadere, ut Deo obediens nullius unquam rei causas ab illo exigat. Quemadmodum enim figulus ex eadem massa quæ vult facit, idq; ne-

mine

mine contradicente: ita & Deum ex eodem hominum genere punientem quidem illos, istos verò honorantem, neq; temerè neq; curiosè inquiras, sed adores solùm, lutumque illud figulinum interpreteris. *Chrysof. hom. 16. in cap. 9. ad Rom. pag. 117. Adde Theophyl. in comment. pag. 440. Oecumen. pag. 350.*

XVI.

V. Pergis pro absoluto decreto pugnare ex loco *Matth. 11. v. 25.* Confitior tibi Pater Domine cœli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & revelasti ea parvulis: ita Pater: **QUONIAM SIC PLACITUM FUIT ANTE TE.**

RESPONDEO I. Error $\alpha\delta\gamma\epsilon\zeta\eta\theta\iota\kappa\lambda\mu\nu\pi\rho\sigma\tau\upsilon\phi\chi\psi\omega\pi\rho\sigma\tau\upsilon\phi\chi\psi\omega$ $\tau\omicron\ \epsilon\pi\omicron\mu\epsilon\tau\omicron\upsilon\sigma\tau\omicron\upsilon\sigma$, propter falsum $\alpha\iota\theta\eta\omicron\upsilon\sigma$. Cur enim mysteria Deus abscondit sapientibus & prudentibus? absolute quodam decreto, ut Deo volente, approbante, instigante & impellente, quemadmodum *Spindler, Zanchius, Piscator & multi alii è vestris loquuntur*, Evangelium irriderent, abjicerent, atque postmodum in contemptu suo perirent æternùm? Hoc sine Deo placuit? Necessum est, ut hoc mihi notes in textu: quod non potes.

2. Conjunge conjungenda. Nam *v. 21. 22. 23. & 24.* notat Christi urbes, puta Chora-
zin, Bethsaida & Capernaum, quibus Evange-
lium

lium prædicabatur. Quo consilio quæris? Eo certè, ut resipiscerent, Evangelium amplecterentur ac salvarentur. Fuerunt autem ingratis-
simæ, quemadmodum ipsis sermone gravissi-
mo exprobrat Christus, respuentes verbum
Domini, atque sic æternæ damnationis sese re-
as facientes. Fare, factumne consilio Dei, quod
civitates illæ Evangelium contempserint? Ca-
ve existimes. Hactenus igitur absolutum tuum
decretum labascit. Accedo propius.

3. Quinam sunt sapientes ac prudentes,
quorum Christus facit mentionem? respon-
det *Hieronimus* esse Scribas & Phariseos, qui
sibi sapientes videbãtur *August. de verb. Dom.*
nomine sapientum & prudentum superbos in-
telligit. Ergò rectè addit *Gregorius lib. 21. mo-*
ralium. Quod non subjunxit, stultis, sed parvu-
lis, tumorem se damnâsse innotuit, non acu-
men. *Et Chrysost. dicens* sapientes, non veram
sapientiam dicit, sed eam quam videbantur
Scribæ & Pharisei ab eloquentia habere.

4. Unde argumentum: Deus abscondit
Phariseis ac Scribis regni cœlestis capita, aut
simpliciter, aut propter aliquid. Non simpli-
citer. Quotiens enim Christus inter Phariseos
ac Scribas Evangelium suū docuit? Quotiens
eos propter contemptum obiurgavit? volui te
congregare, inquit Salvator, quemadmodum

con-

congregat gallina pullos suos sub alis, & noluiti *Matth. 23*. Ergò propter aliquid. Ecquòdnam hoc? Judæi erant superciliosi, quibus olebat verbum Evangelii, ut constat ex historia Evangelica. *Chrysoſtomus hîc notat locum Apostoli Rom. 9. v. 31*. Israël sectando legem iustitiæ in legem iustitiæ non pervenit. Quare? Quia non ex fide sed quasi ex operibus legis. Ergò quod Deus absconderit regni sui capita judæis, non fecit ex absoluto quodam decreto, ut quidem *Maternus cum Piscatore in præfat. ad lect. disp. de prædest. Et in commentario, aliique Calvinista delirant.*

5. Hæc igitur probè notanda sunt ex orthodoxis patribus. 1. Propter contemptum occultasse Deum mysteria sua sapientibus. Quare sic scribit *Theophylactus in comm. pag. 25*. Occultavit mysteria Deus ab his qui videntur esse sapientes: non ut invidens, nec ut autor imperitiæ, sed ideò, quòd non erant digni, propter hoc quod sibi videbantur esse sapientes. Nam qui videtur sibi sapiens, & confidit in sapiëntia sua, neq; Deum invocat: Unde Deus postea nō invocatus neq; juvat eum, neq; revelat.

2. Gratiarum actionem Christi propriè spectare ad parvulos, quibus revelatur verbum Dei. Hoc notat *Chrysoſtomus in opere quod inscribitur Imperfectum homil. 39. pag. 229.*

pag. 229. Quoniam, inquit, quod ab illis occulta sunt non gaudere, sed lachrymarum fontes emittere dignissimum, quod profectò fecit lachrymans atq; commiserans civitates. Non ergò quia sapientes non cognoverunt, gaudet, sed quia parvuli perceperunt, lætatur. Ita & Paulus dicit: Gratias ago Deo meo quoniam fuistis servi peccati: obedistis autem ex corde. &c. Non propterea gaudet Paulus quia erant servi peccati, sed quia, cum essent, sui utendo veritatis cultores facti sunt.

3. In beneplacito redargui curiosam hominem inquisitionem in Dei judicia. Sic enim *Chrysof. hom. 29. Operis perfecti pag. 140.* Non dicit quâ ratione sic ei placuit, sed tantùm gratias agit patri, quia sic ei placuit. Ita & tu nunquam discutias Dei judicia in operibus ejus, quid fecit, aut qua ratione sic fecit: sed quomodocunq; sic voluit rem suam ordinare gratias agens, sufficiat tibi ad testimonium ipsa Dei natura: quia Deus sine ratione & sine iustitia nihil facit.

6. Quorsum te vertis, non habebis absolutum tuum decretum. Placétne primum? Ubi tuum beneplacitum, quo omnem antegressam causam eliminas? quippe cum Deus mysteria sua sapientibus hujus mundi non absque causa occultaverit. An verò secundum vel tertium,
non

non est ut, quando nos alicuius rei causa latet, Deo surripias justum suum iudicium quo propter peccata punit prævaricatores. Summa, exulabit semper absolutum tuum reprobationis beneplacitum, quod omnem fidei vel incredulitatis respectum excludit.

XVII.

VI. Idem probas ex *Matth. 20. v. 15.* Non licet mihi quod volo facere in rebus meis?

RESPONDEO. I. Miserum probandi genus! Et tamen eodem delectatur *Iohannes Piscator in sua ad lectorem præfatione disput. de Prædest. pag. 14.* atq; ex eo talem deducit conclusionem: Ergò Deus non vult omnes homines salvos fieri: contra expressissimum Apostoli textum *1. Tim. 2. v. 4. 5.*

2. Proponitur hîc voluntas Dei κατὰ λόγον συγκρίσεως, quatenus scilicet refertur ad opera, quæ operarii illi jactabant, & quorum causa adversus patrem familiâs murmurabant: utpote non æquali lance mercedem distribuentem (ut ipsis quidem videbatur) unicuique pro sudore ac labore. Quis verò negat de nostris, hæctenus vitam æternam pendere à sola Dei misericordia? Propter hanc enim causam potes tollere Christi meritum & fidem, ut constat. Ergo gratia Dei relata ad opera est sola *Rom. 11. v. 6. Ephes. 2. v. 8.* relata verò ad Christum

H

stum

stum fide apprehendendum non est sola & unica, cum ne Christum proscribas ex justificationis gratuitæ foro?

3. Fallacia divisionis, Si perpenderes totam parabolam cum antecedentibus & consequentibus, eaque omnia, ut par est, retuleris *ad vers. 15.* Non licet mihi quod volo facere, nulla alia resultabit analysis quàm hæc: 1. Paterfamiliâs (Deus) conducit operarios (homines) distinctis temporibus in vineam suam (Ecclesiam) *v. 1. 2. & seqq.* 2. Quidam ex operariis (freti nimirum sola Dei misericordia) iustitia Christi temperata eamque vera fiducia amplectentes accipiunt mercedem, quæ vita æterna est, & merces dicitur propter laborem Christi, merces hæreditatis *Coloss. 3.* de quibus *vers. 8.* 3. Quidam erant turgidi & fteri suis operibus murmurabant adversus Dominum, quo quidem clarè notantur omnes Pharisei *de quibus v. 11. 12.* 4. Quorum vesaniam & supinam arrogantiam perstringit Dominus in parabola *v. 13.* Amice non facio tibi injuriam, nonne ex denario convenisti mecum? Tolle quod tuum est & vade. Volo autem & huic novissimo dare sicut & tibi. Aut non licet mihi quod volo facere in rebus meis? Reprehendit igi-

dic igitur Deus partim iustitiosos in operibus suis beatitudinem æternam quærentes: partim rigidos divinæ iustitiæ censors, qui contra Deum insurgunt, quando puniuntur. Verum enimverò hæc omnia ne hilum quidem ad decretum absolutum.

4. Bene ea de re *Augustinus in lib. de bono perseverantia*: quantum ad iustitiam spectat & gratiam, potest & de reo qui liberatur rectè dici, & de eo qui damnatur: Tolle quod tuum est & vade, huic autem volo, quod non debetur, donare. Annon licet mihi facere quod volo? an oculus tuus nequã est quia bonus sum? Hic ille, si dicit cur non & mihi? meritò audiet, homo tu quis es qui respondeas Deo? quem certè in uno vestrum benignissimum largitorem, in te verò exactorem iustissimum, in nullo tamen cernis injustitiam. Cum iustus esset etiam si utrumque puniret, qui liberatur habet unde gratias agat, qui damnatur, non habet quod reprehendat. Ad eundem ferme modum in *Enchirid. ad Laurent. in lib. sentent. Prosperi lib. 1. ad Simplicianum. &c.*

5. Addo argumentum: De oppositis idem est iudicium. Ergo quo modo sese habet voluntas Dei ad malos eo modo sese ha-

I 2 bet

bet ad bonos, puta electos. *Loquor hic de aequalitate κατ' ἀντίθεσιν.* Atqui voluntas Dei habet sese ad malos juxta parabolā limitatē, in hunc scilicet modum: quia sibi suisq; meritis confidunt unicē, spretis misericordia Dei & satisfactione Christi mediatoris, & vesano ausu animoque turgido cristas erigunt contra justissimum Deum, eiq; quantum possunt, dicam scribere non verentur, ideoque gratiā divinā privantur. Ergo voluntas Dei itidem limitata est respectu bonorum, quippe qui vera cordis, fiducia ad clementiam Dei patris confugiunt, atque sic vitæ æternæ redduntur participes. Et hoc est quod ex præsentī loco disputamus contra justitiosos: Ubi sanè absolutum tuum decretum stare nequit.

6. Coronidis loco adjiciam observacionem notatu dignam, quæ quidem hîc & alibi probè observari debet. Notum est & Papistas & Calvinistas ex hac parabola necere argumenta illos quidem pro justificatione operum, hos autem pro absoluto quodam decreto. Si itaque breviori filo cum adversariis parabolam urgentibus agere velis, age sic agas.

1. Nota scopum, qui est: ne eos qui maturius, extrema senectute nimirum, per Dei gratiam accedunt ad Ecclesiam contemnamus: sed sciamus, possibile esse brevi etiam diligentia eos salvari.

2. No-

2. Nota: hunc scopum ostendere. 1. conclusionem capitis 19.v.30. Multi primi erunt novissimi, novissimi primi. 2. cujus hæc est sententia: fieri posse ut ij qui initio magno zelo Evangelium Christi amplectebantur, postea languidiores fiant vel prorsus etiam deficient, & quod illi qui tardius ad veram Christi agnitionem accesserunt alacritate deinceps alios antecedant. 3. Particulam causalem ΓΑΡ, quæ in Græco est, & connectit consequentia cum antecedentibus, ut notat *Theod. Beza in annot. major. fol. 11. par. 1. vide Chrysof. hom. 70. in Matth.*

3. Nota regulam *Eutymii in comment. super hunc locum pag. 121.* oportet nos solo ipsius scopo adepto cætera non magni pendere: reliqua enim omnia propter finalem intentum composita sunt, ut facilius excipiantur: neque periculo vacat etiam illa scrutari, veluti tradit *Chrysofostomus capite de parabolis.*

4. Adde regulam *Dionysii Areopagite:* sensus mysticus non est argumentativus. Et: Ex parabolis non ducuntur demonstrationes. Et, quod habet *Chrysofostomus hom. 16. in Epist. ad Rom.* in exemplis servare oportet, ne illa omninò ad quævis probanda sumamus, sed electo eo quod utile est, & ob id, quod usurpata sunt, reliqua omnia sinamus.

H 3

VII. Ad-



VII. Adducis alia *1. Pet. 1. v. 11. Luc. 12. v. 32. Ephes. 1. v. 5. Rom. 11. v. 5.* Et rationem, quæ est: principium salutis, nisi creatura sibi ipsi auctor æternæ salutis statuatur, extra Deum dari non potest.

RESPONDEO I. Erras Materne. Nam in loco Petri nihil omnino de tuo decreto. Ita habes *1. Pet. 1. v. 11.* scrutantes, in quale tempus significaret in eis Spiritus Christi: prænuncians eas, quæ in Christo sunt, passiones & posteriores glorias. Quid hic pro te? *vers. 2.* agit *ἐπιπρογνωσεως* & *Ἰησ.* Antiquus interpres vertit præscientiam. Quid ad te? Beza antegressum decretum seu scitum Dei. Hoc autem non absolutum sed ordinatum est, quemadmodum supra ostendimus.

2. In loco *Luc. 12. v. 32.* hæc habes: Noli timere pusille grex: quia complacuit patri vestro dare vobis regnum. Habes ibi Dei beneplacitum, & ineffabilem misericordiam DEI erga Ecclesiam. Absolutum Calvinii decretum non habes. Age ergo, collige vires, & hoc demonstra per analysin ex sermone Domini.

3. In loco *Eph. 1. v. 5.* insipidam tenes *πρωτολογίαν.* Non opus ut tecum agamus acta, cum supra hoc Apostoli dictum fuerit sub in eade, ubi videbis,

4. In

4. In loco *Rom. 11. v. 5.* habes electionem gratuitam, quam nemo nostrum negat, non autem tuum propositum seu decretum absolutum. Opponit enim Apostolus vanissimæ judæorum gloriationi de meritis operum ea ipsa quæ profers in medium, ut constat ex *versu 6.*

5. In ratione, qua uteris, errores tuos, quorum copiosa est messis, perstringam paucis.

1. Principium salutis nostræ soli Deo acceptum referimus, quare oneras nos calumniâ quando scribis nos hoc negare. Arridet locus *Apostoli 2. Thes. 2. v. 13.* Nos autem debemus gratias agere Deo semper pro vobis, fratres dilecti, à Deo, quod elegerit vos Deus primitias in salutem in sanctificatione Spiritus & fide veritatis.

2. Afferimus autem, Deum elegisse nos in sanctificatione Spiritus *ordinate*, & addimus: ordinem illum absque mediis stare non posse. Electionis enim decretum non in sola voluntate Dei antecedente quærendû, *quemadmodum delirant Huberiani*, sed & in voluntate Dei consequente, quæ itidem ab æterno secundum infallibile *λογισμὸν* consideravit homines, *put* vel actu audituri & mediâte auditu credituri erât: vel neglecto verbo nō credituri,

H

4

ita

ita quidem, ut quos Deus operatione Spiritus sancti perseveranter credituros præcognovit, illos ad vitam æternam prædestinaverit.

3. Addimus: propter hanc causam urgeri à nonnullis veteribus arbitrii libertatem, quam tamen non latius extendere debes, quam ad solam verbi divini auditionem, quæ est in nostris viribus, & Deo *κατὰ πρόγνωσιν* in æterno prædestinationis decreto fuit præsentissima. vide *Chrysof. hom. 16. in Epist. ad Rom. pag. 117. Theoph. in comment. pag. 440. Oecum. pag. 350.*

4. Et hoc addimus: Deum (salvo tamen manente ordine) elegisse nos ab æterno in sanctificatione Spiritus & in fide veritatis, ut in tempore efficaciter per gratiam Spiritus sancti credamus, justificemur & glorificemur æternum. Huc spectant argumenta *August. quæ Pelagianis opposuit vide lib. 1. Retract. cap. 23. Et adde Primas. in comment. ad primum cap. Eph. pag. 337.*

5. Insuper & hoc addimus: nobis non licere curiosius investigare, cur Deus efficaciter in hoc agat pœnitentiam, in altero minus. Scimus enim judicia Dei esse imperscrutabilia, quod docuit nos *Apostolus Rom. 11. v. 33. quemadmodum sexcenties Chrysof. Theophyl. Oecumen. Ambros. Theod. inculcant circa argumentum prædestinationis, à quibus tamen ne-*
minium

minium quidem sperare possunt adversarii.

6. Concludimus igitur, in argumento Materniano latere. 1. apertam calumniam: cum nobis affingat quod statuamus in nobis salutis principium esse quærendum. 2. falsam oppositionem. Hoc enim vult: principium salutis est solus Deus. Ergo semovenda sunt omnia media. Quid audio? Quis negat Deum esse principium salutis, quippe qui liberè & gratuito decreverit salvare homines? nihil eum impulit, quàm ineffabilis sua bonitas ac misericordia. Hoc verò suum decretum Deus ab æterno limitavit quibusdam characteribus: qui sunt. 1. Creare hominem ad suam imaginem. 2. eumq; lapsum per filium redimere. 3. Eiq; prædicare verbum, salutis organon. 4. Eo fine, ut verbum audiat, mediante verbo per Spiritum sanctum pœnitentiam agat, in Christum credat justificetur & glorificetur. Vides igitur primum salutis nostræ principium in Deo residere: vides Deum de salute nostra hunc, & non alium, ordinem observasse quàm eum, quem suggerit sermo Dei, qui est divinæ mentis, decreti divini character certissimus. vide ea de re graviter differentem *Melanchonem* in locis communibus.

7. Nota Aphorismos.

1. Calvini decretum absolutum nihil

H 5 habet

habet commune cum Dei beneplacito.

2. Ergo Maternusurgens Dei beneplacitum pro Calvinii decreto absoluto frustra agit.

3. Et violentas manus infert scripturis, quemadmodum copiosius ostendimus.

4. Ergo dissertatio Materniana est sophistica, id quod erat demonstrandum.



DISPU-

DISPUTATIO QUARTA

DE

QVÆSTIONE IV.

Quæ est.

*AN FIDES SALVIFICA TO-
taliter ab electis amittatur, atq; sic ele-
cti à gratia electionis exci-
dant?*

I.

NE exorbitemus, operæ erit pretium ut ex-
quisitè informemus, statum controver-
siæ: ità quidem, ut primò ponatur ἐκ θεοῦ τῶν
ᾠγων. Quo facto, non dubito quin cordati vi-
deant quàm enormiter Maternus in positione
argumentorum suorum ceciderit. Fiet autem
brevissimè.

II.

Hæc est quæstio: an fides Salvifica totalitèr
ab electis amittatur atq; sic electi à gratia ele-
ctionis excidant.

III.

Ubi nota:

1. Electos, quâ tales, esse homines fideles,
justificatos & glorificatos. Ita describit electos
Apostolus Rom. 8. v. 29. Quos præscivit & præ-
destinavit conformes fieri imaginis filii sui,

ut sic

ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Quos autem prædestinavit, hos & vocavit: & quos vocavit, hos & justificavit: quos autem justificavit illos & glorificavit.

2. Electionem & renascentiam seu regenerationem non pari passu ambulare: quod ex eo cernitur, quia regeneratio definitur opere, quod Deus in præsentem perficit in homine, convertens, illuminans, fide donans, in gratiam recipiens, condonatis peccatis &c. At electio non definitur opere quod absolvatur his solis actionibus enumeratis: sed quæ terminetur denique in ipsa æternæ salutis consecutione.

3. Vocabulo totaliter ὀλικῶς notari plenam & absolutam fidei justificantis amissionem, quam negant adversarii electis in hac vita accidere posse. Sic enim *Theod. Beza*: Ego dico, Davidem in adulterio perpetrato retinuisse fidem & Spiritum sanctum, neque eum amisisse. Quod similitudine declarabo: Ebrius non amittit intellectum seu rationem, nisi quam diu ebrietas caput ejus occupat, ut ratio sese non exerat, sed similis sit animali bruto &c.

IV.

¶ Sic igitur proponenda est quæstio,
 ¶ 1. Non quæritur, an electi, quâ electi, finalitèr gratia Dei excidant? *Non excidunt finalitèr*: quippe cum in schola Spiritus sancti
 ad vi-

ad vitam electum esse & perseverare usq; ad finem, sint termini convertibiles. Coniunguntur prædestinatio & glorificatio Rom. 8. v. 29. 30. Electio & Assecutio Rom. 11. v. 7. Et fieri non posse, ut electi in erroribus pereant docet Christus Matth. 24. v. 24.

2. Neque quæritur, an renati, quâ electi (omnis enim electus renatus, non contrâ, omnis renatus electus) finaliter gratiâ Dei excidant? Dico non excidere. Quicquid enim hætenus prædicatur de electione, idem prædicatur de renascentia: & quicquid prædicatur de electis, idem de renatis, juxta regulam: Quicquid dicitur de prædicato dicitur etiam de subjecto.

3. Neque quæritur, an renati, quâ tales, totalitèr amittant fidem? Dico renatos, quâ tales, non totalitèr fidem amittere. Renatus enim, quâ talis, non peccat mortalitèr, adeoq; nec potest peccare mortalitèr, juxta illud 1. Joh. 3. v. 9. Omnis qui natus est ex Deo, peccatum non facit, quoniam semen ipsius in eo manet, & non potest peccare quoniam ex Deo natus est.

V.

Quid ergo κενόμενον.

I. Quæritur, an electi verè fideles possint ad tempus fieri non fideles? hoc est an possint

lint

sint ruere per carnis suæ illecebras in mortalia sive regnãtia peccata, q̄ recenset Apostolus *Gal. 5. v. 19.* Manifesta sunt opera carnis, q̄ sunt, fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorũ servitus, veneficia, immicitia, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, dissensiones, sectæ, invidia, homicidia, ebrietates, commestationes, & his similia.

2. Quæritur, an mortale peccatum & fides sint argumenta opposita nec ne, juxta illud Apostoli *Gal. 5. v. 22.* Fructus autem Spiritus est Charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas?

3. Quæritur, an fructus Spiritus & fructus carnis, quæ sanè opposita sunt, simul & semel in uno eodemque subjecto in gradibus excellentibus stare possint? Cùm clarè pronunciet Apostolus *2. Cor. 6. v. 14. 15.* Quæ participatio justitiæ cum iniquitate? aut quæ societas luci ad tenebras? Quæ autem conventio Christo cum Belial? aut quæ pars infideli cum fideli?

VI.

Ut clarior & illustrior fiat tota quæstio.

1. Quæritur an illi, qui peccatum mortale agunt, v. g. adulterium, homicidium &c. vivant spiritualiter? Qui possunt? cùm clarè asserat Apostolus *Gal. 5. v. 21.* qui talia agunt, regnum

gnum Dei non consequentur? Jam verò non nisi spiritualiter mortui, de quibus *Ephes. 2. v. 1.* quã tales, regnum Dei non videbunt, vivi autem introibunt ad vitam *Rom. 1. v. 9.*

2. Quæritur, an illi qui non vivunt spiritualitèr, eo ipso tempore quo non vivunt spiritualiter, sint in peccatis mortui? Quidni? Oppositionis ratio nihil aliud exigit, quam urget Apostolus *Eph. 2. v. 1. & seqq.* Et vos convivificavit cum essetis mortui delictis & peccatis vestris, in quibus aliquando ambulãstis secundum seculum mundi huius, secundum principem potestatis aëris, qui nunc operatur in filios diffidentia, in quibus & nos aliquando conversati sumus **IN DESIDERIIS CARNIS NOSTRÆ & cogitationum.** *Col. 2. v. 13.* Cùm **MORTUI** essetis in delictis & præputio carnis vestræ, **CONVIVIFICAVIT** cum illo.

3. Quæritur, an illi qui in peccatis mortui sunt, eo ipso tempore, quo tales sunt, habeant Spiritum sanctum & fidem? Non possunt; cum perspicuè sese exponat Apostolus *Eph. 1. v. 2.* in quibus aliquando ambulãstis secundum seculum mundi huius, secundum principem potestatis aëris, qui nunc operatur in filios diffidentia. Vides ibi notari 1. principem aëris

aëris. 2. diffidentiam: Ecquomodo igitur hactenus Spiritum sanctum & fidem in illis, qui peccatis mortui sunt, habebis?

4. Uno verbo: Quæritur an renatus possit dilabi in peccatum mortale, & in eo perire, atque sic fidem totaliter amittere?

VII.

Quod quidem nos affirmamus cum tot scripturarum sacrarum argumentis, quæ suggerunt vel comminationes & adhortationes divinæ, vel exempla, vel rationes petitiæ ab oppositione carnis & spiritus, fructuum carnis & fructuum spiritus. Negant verò adversarii, & cum iis Maternus, eam ob causam, ut colore quodam decretum absolutum expoliant. Videamus jam argumenta.

VIII.

I. Urget fœdus gratiæ ex *Is. cap. 54. 10. Ier. 31. 35. 36.* Eiusque promissiones ex *Es. 9. v. 7. & 46. v. 4. Ier. 32. 38. 39. 40. Zach. 10. 12. Iob. 6. v. 39. & 10. v. 28. & 13. v. 1. & 14. v. 17. Matth. 16. v. 18.*

RESPONDEO I. Fœdus gratiæ est conditionale, & fœderis promissiones sunt conditionales. Tu verò ab eo quod certis conditionibus limitatur deducis absolutum, quod omninò mutari non possit: quod est committere errorē à dicto secundum quid ad dictum simpliciter.

2. JUDAI-

2. JUDAIZAS. Judæi enim, quibus splendidae fiebant promissiones in V. T. arbitrabantur eas ita ratas ac certas esse, ut non possint vel in minimo mutari: ac proinde etiamnum non volunt credere, se à Deo esse relictos. Et hoc exprobrat iis Deus apud *Ierem. c. 7.*

4. & seqq. Nolite confidere in verbis mendacii, dicentes: Templum Domini, Templum Domini, Templum Domini. Quoniam si benedixeritis vias vestras & studia vestra: si feceritis iudicium inter virum & proximum ejus. Advenæ & pupillo & viduæ non feceritis calumniam, nec sanguinem innocentem effuderitis in loco hoc: Et post Deos alienos non ambulaveritis in malum vobismet ipsis: habitabo vobiscum in loco isto, in terra quam dedi patribus vestris à seculo & usq; in seculum &c.

3. Addo distinctionem. 1. Quædam promissiones veteris Testamenti agunt de rebus corporalibus. 2. Quædam typicè notant res spirituales adumbratas rebus corporeis. 3. Quædam digitem intendunt ad res merè spirituales. Omnes verò sunt conditionales, quod negari non potest. Quid verò tu? tu concludis propter promissionem Dei renatos non posse, quamvis mortaliter peccent, amittere Spiritum sanctum & fidem. Hoc mihi demonstra ex promissionibus sacris, quæ, ut audivisti,

triplicis sunt generis, & ex tuis, quæ annotâsti, testimoniis. Examinabimus ea sigillatim, ut videant cordati, adversarios in eo sudare admodum, ut homines socordix studeant, atque ut renati in securitatis casses protrahantur.

IX.

Adducis. I. locum *Esaiæ cap. 54. 10.* Sic iuravi, ut non irascat tibi, & non increpem te. Montes enim commovebuntur & colles contremiscent, misericordia autem mea non recedet à te, & fœdus pacis meæ non movebitur, dixit miserator tuus Dominus.

RESPONDEO I. Materne, laboras invanum! Electos enim quâ tales, Deo præcognitos ac præsentissimos non perire finaliter suprâ concessum est *ib. 4. §. 1.* Et ad hoc probandum posset plurimum facere allatum testimonium. Quis verò negat hoc ipsum? Error $\omega\gamma\alpha\iota\ \tau\omicron\ \zeta\eta\text{-}\tau\epsilon\mu\lambda\omicron\nu\omicron\nu.$

2. Caterum; constat in toto hoc capite describi Ecclesiam $\kappa\alpha\theta'\ \epsilon\lambda\alpha$, cui promittit Dominus fore, ut per prædicationem Evangelii copiosissima ac feracissima fiat, quæ aliàs sterilis *vers. 1.* mulier derelicta *v. 6.* paupercula tempestate convulsa absq; ulla consolatione *v. 11.* Nemo it inficias, Ecclesiam, quâ talis, & quâ sponsa Christi *Os. 2. v. 19.* stans à dextris sponsi in vestitu deaurato *Psalm. 45. v. 10.* non habens

bens maculam aut rugam, aut aliquid hujusmodi *Epb. 5. v. 27.* teneri in Dei misericordis oculis. Et hoc præclare docet *Psal. 46. v. 1. 2. & seqq.* Quem igitur feris? Rursum abis à quæsito.

3. Neque existimare debes, hoc, quod in genere κατ' ἐσίων de Ecclesia pronunciat, valere illicò καθ' ὑπαρξιν de quibusvis hominibus (individuis) per Spiritus sancti gratiam regeneratis. Species sunt æternæ, inquit Philosophus, individua non sunt. Essentia, quæ definitione definitur, est invariabilis: Existentia, quæ singularium est, mutatur, variatur. Ecclesia non definit, semper manet in suo esse, & gaudet insignibus encomiis, quibus in scripturis sanctis exornatur, gaudet fœdere gratiæ, de quo jam agimus. Tun' verò concludes, ergo omnes & singulos, qui sunt de Ecclesia, manere tales, neminem seduci posse, neminem circa fidem ac salutem naufragium pati posse. Jam patefacis fenestram securitati, & confundis esse & existere, universale & singulare, Ecclesiam & hunc vel illum in Ecclesia.

4. Huius loci est sententia Apostolica 2. *Corinth. 11. v. 2.* Ubi Apostolus Corinthios Christo desponsatos esse ait. Sed addit: vereor ne, sicut serpens Evam seduxit, ita corrumpantur

pantur sensus vestri, & excidant à simplicitate quæ est in Christo Jesu. Idem Apostolus dicit, Romanos esse arbori vitæ insitos, & in fœdus Dei per fidem cooptatos, posse tamen illos iterum excindi & per superbiam atq; elatione à Deo deficere *Rom. 11. v. 20. & seqq.* Idem esto iudicium de loco *Jeremiæ cap. 31. v. 35. 36.* Est enim promissio de Ecclesia non abjicienda: Nemo sobrius eliciet inde, verè renatum non posse incidere in peccatum mortale & excidere gratia Dei, & incidere in æternum exitium nisi resipiscat, de quo est quæstio. Vagaris igitur plurimum extra scopum, & adducis pro medio istiusmodi testimonia, quæ nemini nocent, defendenti scilicet, fieri (proh) sæpius renatorum lapsum & in lapsu perseverantiam.

X.

Adducis. II. promissiones, quæ sunt *Es. 9. v. 7.* Multiplicabitur ejus imperium, & pacis ejus non erit finis: super solium David & super regnum ejus sedebit, ut confirmet illud, & corroboret in iudicio & iustitia à modò & usque in sempiternum. *Es. 46. v. 3. 4.* Audite me domus Jacob, & omne residuum domus Israël, qui portamini à meo utero, qui gestamini à mea vulva usque ad senectam, ego ipse & usque ad canos ego portabo, & feci, & ego feram, ego portabo & salvabo *Ier. 32. v. 38. 39. 40.* Et e-

runt

runt mihi in populum, & ego ero illis in Deum. Et dabo eis cor unum, & viam unam, ut timeant me universis diebus, & benè sit eis & filiis eorum post eos. Et feriam eis pactum sempiternum, & non desinam eis benefacere: & timorem meum dabo in corde eorum, ut non recedant à me. *Zach. 10. 12.* Confortabo eos in Domino, & in nomine eius ambulabunt: dicit Dominus.

RESPONDEO I. Dicta loquuntur de electis, de quibus nemo ambigit, eos indubitanter salvari, & mirificè à Deo in hac lachrymarum valle è malis corporis & animæ liberari. Tu igitur flagellas ventum. Potuisses eodem labore myriada testimoniorum adducere, quibus graphicè depingitur providentia & cura paterna Dei erga suum populum. Quid autem fecisses, & contra quem pugnâsses?

2. Neque tamen dubium esse potest, quin hæc testimonia partim secundùm literalem, partim secundùm mysticum sensum interpretanda sint, cum Deus cõsoletur iisdem judæos adducendos quidem propter gravissima peccata ad Babylonicam captivitatem, ex ea tamen postmodum liberandos. Et simul iisdem ostenditur spiritualis liberatio ex captivitate peccati, mortis ac Sathanæ per Messiam instituenda. Quid vis? Sensum literalem? Evidens

I 3

erit,

erit, promissiones illas esse conditionales. An mysticum? Evidens est, te ne per somnium quidem posse inde extrahere *caum liripipium* quo sentis, verè renatos non posse totalitèr fidem & Spiritum sanctum amittere.

3. Dicendum: quod Prophetæ ex parte Dei beneficia commemorent, quæ veri Israëlita (de quibus *Rom. 9.*) ab ipso ex fœdere novo expectare debeant, modò ipsi quoq; stent conditionibus pacti, & non propria ingratitude & cõtempu sese bonis promissis defraudent. Negas? Audi Jehovam ita conditionem illam explanantem *Lev. 26. v. 11. 12.* ut nullus dubitandi relinquatur locus. Sicibi: Ponam tabernaculum meum in medio vestri, & non abjiciet vos anima mea. Ambulabo inter vos, & ero Deus vester, vosq; eritis populus meus *Eccl. v. 14.* Quod si autem non audieritis me, nec feceritis omnia mandata mea, sed spreveritis leges meas, & judicia mea contempseritis, ut non faciatis ea quæ à me cõstituta sunt, visitabo vos *&c. 2. Cor. 6. v. 16. 17. 18. Ezech. 33. v. 18. 19.* Cùm recesserit justus à justitia sua, feceritq; iniquitates, morietur in eis. Et cum recesserit impius ab impietate sua, feceritq; judicium & justitiam, vivet in eis. Quæ hic *Calvinus & Junius* aliiq; garriunt de apparente justitia,

tia,

ria, refutatione non indigent; ita enervant
nervum Prophetæ. Apage istos interpre-
tes.

XI.

III. Adducis aliquot testimonia ex No-
vo Testament. quæ eiusdem ferè sunt argu-
menti *Ioh. 6. v. 39.* Hæc est voluntas eius qui
misit me, patris: ut omne quod dedit mihi non
perdam ex eo, sed resuscitem illud in novissi-
mo die. *Ioh. 10. v. 28. & 13. v. 1. & 14. v. 17. Matt.*
16. 18.

RESPONDEO I. Nihil ad rem! Hic
agitur de verè fidelibus, de ovibus quæ se-
quuntur vocem unici pastoris Jesu Christi,
quæ quæ tales, non rapi possunt, neque rapi-
untur è manibus Dei. Nullus ambigit.

2. Hoc verò quæritur, & ad hoc oportet
adversarios rotundè respondere: Num ovis
possit per naturæ imbecillitatē Satanæ astum,
adeoq; mundi illecebras extra ovilis Dominici
orbitam vagari, in peccatum mortale inci-
dere, atque in eo, nisi regrediatur, æternum
perire?

3. Negabis? Quorsum ergo tot Christi
admonitiones, ut nobis caveamus à Pseudo-
prophetis *Mat. 7. Mat. 16.*? Quorsum tot Apo-

stolicæ adhortationes? quæ sanè nihil aliud agunt, quàm ut doceant: posse nimirum fieri, ut homo fidelis in mortalis peccati barathrum cadat & in eo (quod, proh, sæpissimè contingit ac contingit) pereat.

4. Tu verò aberras nimium. Cum quærat^{ur} 1. de fidelibus καθ' ὑπαρξιν consideratis, tu de iisdem κατ' ἐσίαν, quàm nimirum tales sunt, loqueris. 2. Cum quærat^{ur} de fidelibus, ut tales ac tales sunt in individuo, tamen ejusmodi testimonia proferis in medium, quæ Ecclesiam Christi κατ' εἶναι ἐσιωδῶς καὶ ὀλικῶς describunt.

5. Ad idem sophismatis genus referenda sunt ea, quæ adducis de precibus Christi, de immutabilitate donorum Dei, de arrhabone salutis, de nominibus scriptis in cœlo, aliaque quæ thes. 6. 7. & seqq. numerantur, quæ quidem omnia accuratus analyticus ex iis, quæ suprâ de controversiæ statu differuimus, facilè resolvere potest.

6. Et tu, si dederis responsione tua ansam, experieris suo loco ac tempore, quàm parùm & hic & alibi pro Calvinii decreto absoluto (eò enim omnia tendunt) præstiteris. Jam abrumpo, ne videar disputationis modum excedere & è brevi dissertationis compendio incidere in tractatum longum. Tu vale, ac perpende tandem in timore Domini quid boni pariat

pariat decretum absolutum, circa quod tota veneranda Antiquitas planè muta est, quod negari non potest nec debet. In scripturis sanctis ne minimum pro eodem habes. Et sanè tam crassum & absurdum est, ut vestros Batavos eius iam pigere ac pænitere incipiat. Fac similiter. Noli verò existimare, me esse talem, qui nesciat confessionis suæ loco ac tempore rationem reddere: quemadmodum quidam nescio qua fronte ausi sunt spargere, quibus pignoris loco relinquo: Aniles & convivales gerras de religionis negotio non probo. Neq; probo intempestivas provocationes citra omnne iudicium ex privato affectu susceptas, ita quidem ut facilè iisdem populus ad seditio-nem tumultuariam commoveri possit. Quid? Quas viri sapientes ac prudentes ritu dignissimas esse censent, neque multum dissimiles altercationibus puerilibus, quibus pueri in scholis sese ad mutuam pugnam scholasticam provocant. Papæ quale litigium hoc! Quale litigium hoc, & quale certamen de religione! quando quis eo ipso tempore, quo divinâ providentiâ nuptias celebraturus & sponsam domum suam ducturus est, à Calvinianis provocatur ad disputandum? Bellum mehercule Calvinistici Spiritus strategema! Probo, dico iterum atque iterum, probo in disputatione

I 5

tempus,

tempus, locum, ordinem, & quod omnium
primum, supremi Magistratus suffragium. Pro-
bo omnia illa quibus Dei gloria, Ecclesiae sa-
lus, Reipublicae tranquillitas quaeritur ac pro-
moveretur. Haec mea est sententia.

Deo, qui dilexit mundum, ut daret filium
suum, ut omnis qui credit in eum non pereat,
sed habeat vitam aeternam, Laus, honor &
gloria nunc & in perpetuum.

Amen.

FINIS.





GIESSÆ,

Excudebat Casparus Chem-
linus.



ANNO DOMINI,

cb lo cXIII.

738
um
ro-
e la-
to-
im
at,
z



VERLAG VON
GIESSE


GIESSE

Erweiterte Ausgabe
Bonn




ANNO DOMINI

MDCCXXXIII










Hugo de Groot

✓







B.I.G.

Farbkarte #13

JOHANNIS
HESSELBEINII FRANCO-
bergensis Theol. D. Pastoris & Inspe-
ctoris Ecclesiarum A.C. in du-
catu Clivensi,

DISCURSUS
THEOLOGICUS,

Quo
θεολογικῶς καὶ λογικῶς
QUÆSTIONES ALIQUOT,
DE ADORATIONE RELIGIOSA CAR-
nis Christi, de merito Christi, de præde-
stinatione Sanctorum,

Tractantur & examinantur
contra

MATERNUM HEYDERUM,
Basileensem Theol. D. Pastorem Duis-
bergensem.



GIESSÆ,
Excudebat CASPARUS CHEMLINUS.
Anno cIo Io cXIII.

